C. *Segaarii* Epist. crit. ad Valckenarium complectens Collationem Msti Etymologici Trajectini cum Ammonio et cum Etymologico M., quod ad Excerpta, quae habet, ex Dictionario ecclesiastico. Trj. ad Rh., Poolsum. Paddenburg. 1766, 8. —— 44 pp. Rep. est in ed. nova a. 1822.

L. Csp. *Valckenarii* Animadvv. —— *V.* antea *I.* s. a. 1739, et inest editioni a. 1822.

— —: Animadversiones in Ammonium, *etc.* —— in Actis Literariis Soc. Rhen. Trajectinae, T. II. p. 164 sqq.

Villoison: Notae in Ammonium. —— *V.* in eiusd. *Epistolis Vinariensibus.*

AMMONIUS Alexandrinus.

Fabr. B. Gr. T. IV. p. 159 et 179; *ed. n.* T. IV. p. 880 sq.

I. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

1523, 4. Evangelicae historiae ex quatuor Euangelistis perpetuo tenore continuata narratio, ex *Ammonii* Alexandrini fragmentis quibusdam, e Graeco per Ottomarum Luscinium uersa, qua et tedio sacre lectionis studiosorum succurritur, et ordine pulcherrimo mire iuuatur memoria. *Gregorii* Episcopi Nazianzeni miracula secundum Matthaeum, carmine graeco, cum translatione latina. Parabolae enigmata. Miracula secundum Iohannem. Secundum Lucam, secundum Marcum Parabolae quatuor Euangelistarum. *In calce:* Augustae Vindelicorum, per Simpertum Ruff, Expensis Do. Sigis. Grim, Men. Nouembri An. M. D. XXIII. *Infra symb. typogr.* —— Haec harmonia evangelica quamquam sub *Ammonii* nomine circumlata, ei abiudicatur, ut ab *Hambergero* in Zuverläss. Nachrichten, T. II. p. 563. *V.* 1544.

1528, f. —— In Orthodoxographis. Bs.

1544, 8. — ex Luscinii vers., recognita per Csp. Brusch. Erf.

1550, f. Evangelicae historiae ex quatuor Evangelistis, perpetuo tenore continuata narratio ex Ammonij Alexandrini

fragmentis quibusdam, è Graeco per Ottomarum Luscinium versa. —— In *Μικροπρεσβυτικον* (Bs.) p. 615 sqq.

1555, f. —— In Orthodoxographis (Bs.) p. 221—271.

1569. f. — latine, Ottomaro Luscinio interprete. —— *V.* inter Monumenta PP. Orthodoxographa (Bs.) Vol. I. T. II. p. 747—793.

1618, f. — eodem interprete. —— In Bibl. PP. Colon. T. III. p. 22 sqq.

1677, f. — eodem interprete. —— In Bibl. Max. Patrum Lugdunens., T. III. p. 265—299.

1524, 8. Quatuor Evangeliorvm Consonantia, ab Ammonio Alexandrino congesta, ac a Victore Capvano Episcopo translata. Moguntiae. *In fine:* Moguntiae in aedibus Ioannis Schoeffer Anno Salvtis M. D. XXIIII. mense Febrvario. —— 8 *ff.* praefixa, 300 pp, et 18 *ff.* ad calcem. Bibl. acad. Lips. *Capuanus* falso hanc prorsus aliam ac priorem harmoniam evangelicam Tatiano adscripsit, et sub eiusdem nomine edidit, ubi *v.*

1532, 8. Quatuor Evangeliorum consonantia ab Ammonio Alexandrino congesta, ac a Victore Capuano Episcopo translata. Cl. —— Cum praefat. *Mich. Memleri.*

1569, f. — eodem interprete. —— In Monumentis PP. orthodoxogr. (Bs.) Vol. I. T. II. p. 59 sqq. Exhibetur hic sub nomine Tatiani.

1677, f. — eodem interprete. —— In Bibl. PP. Max. Lugd. T. II. P. II. p. 203 sqq. De hac harmonia latine commentatus est *Zach. Chrysopolitanus*, T. XIX. Bibl. PP. Lugd.

1690, f. —— In Bibl. PP. (Lt.) T. VII. col. 26—109.

B. germanicarum.

1524, 8. Evangelische History nach aller Ordnung; wie sie ergangen in ain red gestellt *etc.* Durch Othmarum Nachtgal verteutscht. Augspurg. —— Sic in Catal. Bibl. Bunav. T. III. Vol. I. p. 67.

II. *Illustrantia Ammonium scripta.*

I. Alb. *Fabricius:* De Ammonio, eiusque harmonia evangelica. —— *V.* eius Codicem apocryphum Novi Test. p. 378 sq.

G. Csp. *Hamberger:* Ueber Ammonius. —— In eiusd. Zuverläss. Nachrichten, Vol. II. p. 562 sqq.

AMMONIUS Hermeae.

Fabr. B. Gr. T. IV. p. 161 sqq.; *ed. n.* T. III. p. 161 et 461, T. V. p. 704 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Omnium operum.*

1503, f. *ΑΜΜΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΕΡΜΕΙΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΟ ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ. — ΜΑΓΕΝΤΗΝΟΥ* (!) *ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΜΙΤΥΛΗΝΗΣ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟ ΑΥΤΟ.* — AMMONII HERMEI COMMENTARIA IN LIBRVM PERI HERMENIAS. — MARGENTINI (*Magentini* ad praefationem) ARCHIEPISCOPI MITYLENENSIS IN EYNDEM ENARRATIO. *Infra Aldi symb. typogr. In calce f.* 80 *b*: Venetiis apud Aldum mense Ivnio. M. D. III. *F.* 81 (*sign.* M) *incipit: ΜΙΧΑΗΛΟΥ ΨΕΛΛΟΥ ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟ ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ. F.* 101 (*sign.* AA): *ΑΜΜΟΝΙΟΥ ΕΡΜΕΙΟΥ ΕΙΣ ΤΑΣ ΔΕΚΑ ΚΑΤΗΓΟΡΙΑΣ.* —— Quae duo opera titulo indicantur, 80 *ff.* complectuntur; *Psellus* 20 *ff.*, et *Ammonius in Decem Categorias*, ubi *sign.* nov. *AA—FFiii* incipiunt, 46 *ff.* implent. Praefigitur toti operi epistola superscripta: Aldus Pivs Manvtivs Ro. Alberto Pio Inclyto Carporvm Principi S. P. D. *in cuius fine:* Ven. xvi. cal. Nouemb. M. D. III. *Psellus* et *Ammonius in decem Categorias* sine titulo et subscriptione, tantumque in epistola dedicatoria indicati, non debent deesse exemplari integro, quod omnino animadvertendum. Ut autem ex citato epistolae loco apparet, hic liber ex Neacademia prodiit; ibi enim dicitur: „Si uerum illud est Alberte Princeps doctiss. quod uulgo dici assolet: deberi, quodcunq; promissum fuerit: debere me ingenue fateor in libros Aristotelis, commentarios ex neacademia nostra in manus studiosorum, et tuas praesertim emittere: quandoquidem id me persaepe recepi facturum.“ Sane bella exemplaria in bibl. acad. et sen. Lips. adservantur, quorum posteriori nonnulla adnotata sunt in margine. Non praetermittendum tamen, in msto aliquo bibliothecae Medic. hunc commentarium non *Ammonio*, sed *Philopono* tributum esse, *v. Bandini* Catal. T. III. p. 3. *Bessarion* contra in nota, quae est in msto eiusdem operum, adservato in Bibl. Marc. no. CCII., utrumque esse veros huius commentarii auctores negat. 18 *Th.*

1546, 8. Ammonii Hermiae in Qvinqve voces Porphyrii Commentarivs, Corre-

ctionibus quamplurimis, et locorum imaginibus illustratus. — Venetiis, apvd Aldi filios. M.D.XXXXVI. *Pertinet ad hunc:* Ammonii Hermiae in Praedicamenta Aristotelis Commentarivs. Aristotelis vita. — Venetiis. M. D. XLVI. *Et:* Ammonii Hermiae in Aristotelis de Interpretatione Librvm Commentarivs. — Venetiis, apvd Aldi filios. M. D.XXXXVI. —— Hae tres partes pertinent ad integrum exemplar, ut ex *sign.* apparet, 78, 152 et 188 *ff.* comprehendentes. Prodierunt studio et cura Pt. Rhosithnii, qui praemisit quoque priori parti praefationem. Exemplar ch. m. Bibl. Marc. Venetiae habet: *Pinelli* quoque commemorat simile „*exemplar mirae pulchritudinis, charta magna impressum*" in Catal. T. I. no. 1177, sed tantummodo sunt commentarii in Praedicamenta, ut vidi.

Bb) *Separatim editorum operum.*

1) in quinque voces Porphyrii.

1500, f. *ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΑΣ ΠΕΝΤΕ ΦΩ || ΝΑΣ ΑΠΟ ΦΩΝΗΣ ΑΜΜΟΝΙΟΥ || ΜΙΚΡΟΥ ΤΟΥ ΕΡΜΕΙΟΥ.* *Haec f. 2 a rubro impress. F. 1 vacat. F.* 378: *Ἐνετιησῃ ἐτυπωθη δαπανῃ του εὐγενους και δοκιμου ἀνδρος, κυριου Νικολαου βλαςου του κρητος· οὐκ ἀνευ μεντοι προνομιου. Ετει τῳ ἀπο της χριςου γηννησεως, χιλιοςῳ πεντακοσιοςῳ, σκιροφοριωνος ἐννατῃ φθινοντος. ἐπι ἀρχοντος Αὐγουςινου Βαρβαδικου του μεγαλοπρεπεστατου, την βασιλιδα των πολεων ταυτην εὐτυχως ἡνιοχουντος.* **Sequitur 1 vac. f.** —— 38 *ff.*, nec 36 ut alii indicant, 37 lin., et cum *sign.* *Aβ — E.* *Calliergus* impressit librum. Bibl. Sen. Lips. adservat duo exx., quorum uni variae lectiones sunt in margine manu adscriptae.

1545, 8. *Ἀμμωνιου του Ἑρμειου εἰς τας πεντε φωνας του Πορφυριου Ὑπομνημα.* Ammonii Hermiae in quinque voces Porphyrii Commentaria. *Graece.* Venetiis, per I. At. et Pt. fratres de Nicolinis de Sabio. —— Permutatur nonnunquam cum Aldina editione a. 1546, quam *v.* antea. Imprimi hanc curavit *I. Bn. Felicianus.* *V.* 2) 1545.

2) in Aristotelis praedicamenta.

1500, f. Ammonii Hypomnemata in Praedicabilia Aristotelis. *Graece.* —— Sine l. notitia.

1545, 8. *Ἀμμωνιου του Ἑρμειου εἰς τας του Ἀριστοτελους Κατηγοριας Ὑπομνημα.* Ammonii Commentaria in Aristotelis Praedicamenta, Graecè. Venetiis per Ioan. Ant. et Petrum fratres de Nicolinis de Sabio sumptu Melchioris Sessae, anno M. D. XLV. —— Item haec commentaria edidit *I. Bn. Felicianus; V.* 1) 1545.

3) in Aristotelis de interpretatione.

1658 (*nec* 1688), 8. Ammonii Hermiae in libri Aristotelis de Interpretatione sectionem II. Commentarius, Graece et Latine. —— Cum Alexandri Aphrod. libro de Fato. Ld.

1824, 8 mai. — graece, et latine, interprete Hug. Grotio. —— *V. ib.* Est ex edit. praeced. expressa.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

Aa) *Omnia opera coniunctim.*

1555, f. Ammonius in Porphyrium de qvinqve vocibus, et in Aristotelis praedicamenta et peri hermenias, interprete Pt. Rosetino. Venetiis.

1559, f. Ammonii commentarius in Porphyrii institutionem, Aristotelis Categorias, et Librum de interpretatione, I. Bpt. Rasario. Venetiis.

1581, f. Ammonii Hermei Commentaria in librum Porphyrii de qvinqve vocibus, et in Aristotelis praedicamenta ac peri hermenias. Cum graeco exempl. collata et emendata studio Pt. Rosetini. Vt., ap. heredes Hi. Scoti. —— Iam a. 1559 aliam editionem prodiisse dicitur, sed de ea nihil certi comperi.

Bb) *Opera singulatim edita.*

1) in quinque voces Porphyrii.

1494, f. Ammonii Parvi Herniae commentarius in quinque Voces Porphyrii per Pomponium Gauricum latine. Venetiis.

1503, f. Ammonius in quinque voces Porphyrii, latine, per Pomponium Gauricum. Venetiis.

1504, f. Ammonius in quinque voces lat. per Pomponium Gauricum, Neapolitanum. Venetiis, per I. Bpt. Sessam. MDIV. Cal. quintil.

1526, f. Ammonii in quinque voces Porphyrii, cum additionibus Pomponii Gaurici, commentarium. *In fine:* Venetiis ere (?) et cura Heredum d. Octaviani Scoti — et sociorum impressa fue-

runt. Anno salutifere incarnationis dñi nostri Iesu christi MDXXVI. die XXIII. Augusti.

1546, f. Ammonii Hermeae in V voces Porphyrii Commentarii, per I. Rasarium latinitate donati. Vt., ap. I. Gryphium.

1547, — 1558, f. — Venetiis. — Est *Rasarii* versionis repetitio. Quamquam *Labbe* in libro *de Aristotelis Interpretibus* et *Buhle* in editione Aristotelis, T. I. p. 294 editionem a. 1547 enumerant, attamen dubitanda videtur, ut editio a. 1555, quae quoque commemoratur.

1569, f. — Vt., ap. Vinc. Valgrisium.

2) in Aristotelis praedicamenta.

1541, f. Ammonii Commentarius in Praedicamenta Aristotelis, interprete Brth. Sylvano. Vt.

1542, f. In Aristotelis Praedicamenta Commentarii Ammonii Hermeae, à Barthol. Sylvanio Salonensi nuper Latinè conversi, et a Gastono Sala nuperrime recogniti. Paris., Imprimebat Simon. Colinaeus pro se & Ioanne Roygni. MDXLII. Idibus Septemb.

1544 *sive* 1554, f. — Vt.

1546, f. Ammonii in Praedicamenta Aristotelis Commentarii, per Barth. Sylvanum latine conversi. Venetiis, ap. I. Gryphium.

3) in Aristotelis de interpretatione.

aa) *Integer commentarius.*

1543, f. Ammonius in librum Aristotelis de Interpretatione, Brth. Sylvano interprete. Venetiis. — Num *ib.* 1544?

1546, f. Ammonii Herm. in Librum Aristotelis de Interpretatione Commentarii, Brth. Sylvano interprete. Paris., Simon Colinaeus.

1549, 8. — ex interpretatione Brth. Sylvani. Vt.

bb) *Delectus.*

1648, 8. Ammonii H. in libri Aristotelis de Interpretatione sectionem II. Commentarius, latine, interprete Hug. Grotio. — In eius Sententiis Philosophorum de Fato. Paris., et in eius Operibus, T. III. p. 426 sqq.

B. germanicarum.

1782, 8. Anmerkk. über e. Aristotelische Schrift v. Schulthess. — Cum eiusdem interpretatione germanica *Alexandri Aphrod.* V. quoque eius Bibliothek d. griech. Philos. Vol. IV.

III. *Illustrantia Ammonium scripta.*

Jos. *Scaligeri* Annotatt. ad Ammonium Hermeae. — *V.* in *Villoisoni* Epistolis Vinariens. p. 97 sqq.

AMMONIUS Saccas.

Fabr. B. Gr. T. IV. p. 96, 159 sqq., 179 sqq.; *ed. n.* T. III. p. 161, 460 sq., T. V. p. 701 sqq.

Gu. *Cave:* De Ammonio S. — *V.* eius Hist. litter. scriptor. ecclesiast. (Bs., 1741, *f.*) Vol. I. p. 109 sq.

Eman. Gu. Ios. *de St.-Croix:* Sur la vie et les oeuvres d'Ammonius Saccas. — *V.* eiusd. Lettre à *M.* du Theil sur une nouvelle edition des philosophes électiques. Paris, 1797.

Heineccius: De Ammonio. — In Disp. de philosophis semichristianis, p. 26—32. *V.* quoque *I. Alb. Fabricium* in Prolegomenis ad Marinum. Hmb., 1700, 4.

Csp. *Meiners:* Ueber Ammonius S. — In eiusd. Beitrag z. Gesch. d. Denkart d. erst. Iahrhunderte nach Ch. (Lpz., 1782, 8.) p. 13 sqq.

Ch. F. *Rösler:* Diss. de commentitiis philosophiae Ammoniae fraudibus et noxiis. Tb., 1786, 4. — Conf. *I. G. Keilii* Commentat. de causis alieni Platonicor. recentior. a religione christ. animi. Lps., 1785, 4.

AMPHILOCHIUS.

Fabr. B. Gr. T. VII. p. 500 sqq.; *ed. n.* T. VIII. p. 373 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Plura opera iunctim.*

1644, f. Ἀμφιλοχιου Ἰκονιου, Μεθοδιου Πατερων και Ἀνδρεου Κρητης τα ευρισκομενα. SS. Patrum *Amphilochii* Iconiensis, *Methodii* Patarensis, & *Andreae* Creteusis Opera omnia, quae reperiri potuerunt. Nunc primum, magnam partem tenebris eruta, latine reddita, ac recognita, notisque illustrata, opera et

studio R. P. Francisci Combefisii. P., apud Simeonem Piget, Viâ Iacobaeâ ad insigne Fontis. *Partt. II. in I. Vol.* —— Hic est titulus partis I.; partis II. est: „Sancti Patris nostri Andreae Archiepiscopi Cretensis cognomento Hierosolymitani Orationes, selectique Canones, & Triodia. R. P. Francisci Combefis, opera et studio, Latinè reddita, notisque illustrata, adiecto etiam pecúliarium *Andreae* Vocum copioso Indice, ac ceu Onomastico. Parisiis, apud Simeonem Piget, 1644." Pars I. complectitur opera *Amphilochii* (a p. 1 — 236, et ad eum notas a p. 238 usque ad p. 282); deinde opera *Methodii* (a p. 283 usque ad 448, adiectis notis a p. 449 usque ad p. 474.) graece et latine duabus columnis impressa; haec sequuntur quatuor tabulae, duae quae ad Amphilochium, duaeque quae ad Methodium pertinent. Pars II. continet tantum opera *Andreae*, gr. et lat. duabus columnis impressa a p. 1 usque ad p. 337, quae sequuntur notae a p. 338 usque ad p. 374: has excipit Onomasticon a p. 373 usque ad p. 390, quod duae aliae tabulae sequuntur. *Amphilochii* autem opera, quae hic habentur, sunt: VIII homiliae; Iambi ad Seleucum; Sententiae et fragmenta Amphilochii; Vita et Miracula S. Basilii; de humana Christi natura, num propter unionem cum divina ubique sit praesens? fragmentum. Praeter ea scripsit haec, de non desperando; Vitam S. Ephraem Syri; Epistolam Synodicam. Accurate hanc editionem descripsit *Clement* in Bibliotheque curieuse, T. I. p. 282 sq. 8 *Th.*

1788, f. Amphilochii Opera et Fragmenta. —— In *Gallandii* Bibl. PP. T. VI. p. 463. Praecedunt eiusdem prolegomena.

Bb) *Opera separatim edita.*

1) Iambi s. epistola ad Seleucum.

1609, 8. Amphilochii epistola, Graecè, nunc primum è veteri cod. Ms. in lucem prolata, & eodem genere carminis, Latinè reddita, brevibusque notis illustrata studio Ioachimi Zehneri. Schleusingae, Sb. Schmuccius. —— Sic Catal. de la Bibl. du *R. Theol.* T. I. p. 342. *Walch* in *Bibl. Patristica* (Jn., 1770, 8.) p. 305 adnotat: „Versus hos *Iac. Billius* ad Gregorium Nazianzenum referre mavult; coniectura autem, quam facit, levior est."

1644, 8. Amphilochii, èpiscopi Iconii, de recta studiorum ac vitae ratione, epistola ad Seleucum, versibus iambicis CCCXXXVI quasi quarto post natum christum seculo scripta: Conradi Rittershusii notis illustrata: tertium edita, curante et recensente Nicolao Rittershusio. Altorffi MDCXLIV.

1695, 4. Amphilochii de recta Studiorum ac Vitae ratione Epistola versibus Iambicis. Gr. et Lat. per At. Wernerum Cunonem, c. notis J. Billii et Fr. Combefisii. Magdeb. —— Haec editio in Catal. Upsal. (1814, 4.) T. I. p. 27 indicatur.

1740, 8. S. Amphilochii, Episcopi Iconens. Cappadociae, Mortvi a. CCCLXXXXV Epistola ad Selevcvm de recta stvdiorum ac vitae ratione, versibus iambicis scripta, graeco latina. Interprete et editore a. CIƆIƆCLXXXXV. Antonio Wernero Cvnone, polyhistore olim et rectore Magdeburg., cum notationibus Iac. Billii et Franc. Combefisii. Addito Gregorii Nazianzeni Carmine XXXIII de libris biblicis, recvsa pro recitationibus pvblicis J. Balt. Bernholdi. Alt., in Scupfeliana officina A. G. R. CIƆIƆCCXXXX. —— Sine praefatione et notis *Bernholdi.* 3 *ff.* praefixa continent nonnulla de Amphilochio, eiusque epistolae rhetoricam analysin *Joachimi Zehneri.* A p. 1 usque ad p. 45 contextus graecus, cui e regione in altera pagina lat. versio exhibetur, p. 46—59 notae ad Amphilochium habentur. A p. 60 usque ad p. 65 Gregorii Naz. contextus et e regione conversio latina; p. 66—70 notae, p. 71—74: Scholion Theodori Balsamonis in carmen Gregor. Naz., graece et latine Gentiano Herveto interprete.

1753, f. — gr. et lat. —— Inter *Gregorii* Nazianz. Opera. (Vt., Zatta.) T. II. p. 190.

2) epistola synodica.

1681, 4. Amphilochii Epistola Synodica, Graece, cum Versione Latina et notis I. Bpt. Cotelerii. —— In *I. Bpt. Cotelerii* Monumentis Eccles. Graec. (Paris.) T. II. p. 99—104.

1715, f. —— In *I. Harduini* Collectione max. conciliorum. (Paris) T. I. Ex *Cotelerii* Monumentis repetita est.

3) de non desperando.

1684, 4. Amphilochii de non desperando. Primum graece edid. et lat. versione donavit Pt. Possinus. —— In eiusdem *Thesauro ascetico.* (Paris.) p. 255 sq.

4) oratio in sabbatum.

1598, 8. Ἀμφιλοχιου εις την ἡμεραν του ἁγιου Σαββατου. Amphilochii in diem magni Sabbati oratio. Primus graece ex cod. ms. Thuanae bibl., cum versione lat. edid. Pt. Pantinus, Tiletanus. —— Cum ab eodem collectis Homiliis IV SS. Patrum Episcoporum. *Atv.* Ceterorum patrum orationes sunt selectae Methodii, Athanasii et Chrysostomi.

1782, 4. Amphilochii in Sabbatum Sanctum Oratio. Graece et Latine. *Progr.* H. Ph. Cn. Henke. Hlmst. —— Praecedit „Narratio de Vita et Scriptis Amphilochii. Contextus graecus est idem quem *Combefis.* constituit, interpretationem lat. autem conscripsit *Henke* ipse, qui praeterea quoque annotationes criticas et exegeticas adiecit. Conf., *Doederleinii Theolog. Bibliothek*, T. II. p. 555.

5) oratio de occursu D. N. Iesu Christi etc.

1568, f. Ἀμφιλοχιου εἰς την ὑπαπαντην. Oratio de Occursu D. N. Iesu Christi, et de Deipara item de Simeone. Graece et latine, interprete Lr. Sifanio. —— Ad calcem Theophylacti expositionis in Acta Apostolorum. Cl., Birckmann.

1624, f. —— In Auctario Bibl. PP. (Paris.) T. II. p. 837 sqq.

1644, f. —— In Bibl. magna PP. (P.) T. XIII.

6) oratio in mesopentecosten.

1776, 8. Ἀμφιλοχιου λογος εις την μεσοπεντηκοστην, και εἰς το μη κρινετε κατ' ὀψιν. Primus edid. Ch. F. Matthaei. —— Cum Gregorii Thess. X orationibus *etc.* Mosquae.

7) vita Ephremi.

1732, f. —— Praefixa Ephraemi Operibus graecis. T. I. p. XXXIV.

II. *Editiones versionum.*

latinarum.

Aa) *plura opera iunctim.*

1677, f. Amphilochii orationes, homiliae, et alia opuscula, latine, interprete Fr. Combefisio. —— In Bibl. Max. PP. (Lugd.) T. V. p. 1058—1082.

Bb) *opera separatim edita.*

1) oratio in sabbatum.

1551, 8. — interprete Achille Statio. Lovanii.

1618, f. — ex Pantini versione. —— In Bibl. PP. Colonieus. T. IV., et in Supplemento Paris. (1639) T. I. p. 726.

2) de occursu D. N. Iesu Christi.

1617, f. — latine. —— Apud Surium, 2. Febr. in *Vitis Sanctorum* (Cl., Kreps.)

3) in natalitia Christi.

1662, f. — latine. —— In *Fr. Combefisii* Bibl. concionatoria. (P.)

4) vita Ephraemi.

1603, sqq., f. — lat. per Gerh. Vossium. —— Ante eius versionem *Ephraemi* operum.

III. *Illustrantia Amphilochium scripta.*

Montfaucon: De codice Amphilochii. —— *V.* in eiusd. Bibl. Coislin. p. 325—375.

Casim. *Oudini* Diss. de Operibus S. Amphilochii, Iconiensis Episcopi nomine impressis, quae omnia ad Amphilochium, Photii Patriarchae Constantinop. aequalem, Cicizi Metropolitam, spectare videntur. —— *V.* in *Oudini* Commentario de Scriptor. Ecclesiast. T. III. p. 216—231, ed. Lips., 1722, *f.*

AMPHIS.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 739 sq.; *ed. n.* T. II. p. 410 sq.

I. *Collectiones fragmentorum.*

1553, 8. Amphidis poetae comici fragmenta collecta, gr. et lat. cum notis. —— In Sententiis vett. Comicorum ab H. Stephano collectis. Rep. *ib.*, 1569, 12. p. 12 sqq.

1561, 8. —— In *Iac. Hertelii* Poetis gnomicis: qui saepe repetiti sunt, ut 1616 titulo: *Hertelii* Bibl. veterum Comicorum *Veronae.*

1626, 4. —— Inter *Hug. Grotii* Excerpta veterum Comicorum, p. 517.

1635 sqq., 8. —— In *Wintertonii* Collectione Poetarum minorum.

1784, 8. —— In Ἠθικη ποιησις. Edidit Brunck. Arg. —— Rep. 1817.

1815, 12. —— In Poetis graecis gnomicis. (Lps., Tauchnitz.) p. 141.

1817, 8. — iterum edid. Gf. H. Schaefer. —— Inter Gnomica graeca. *Lps.*, *G. Fleischer.* Rep. 1817 sqq.

1817, 12 mai. —— *Ib.* Lps., Weigel.

1823, 32. —— Inter Poetas graecos gnomicos, curante J. F. Boissonade. (P., ap. Lefevre.) p. 172.

II. *Illustrantia Amphidin scripta.*

F. *Jacobs:* Observationes criticae in Amphidis fragmenta ab Athenaeo servata. —— *V.* eiusdem Additamenta Animadversionum in Athenaei Deipnosophistas (Jn., Frommann. 1809, 8 mai) p. 41, 54, 84, 113 sq., 183, 296, 297, 300 sq.

A. *Meineke:* De Amphide, mediae comoediae poeta. —— *V.* in eius Quaestionum Scenicarum Spec. III. (Brl., typis Nietackii. 1830, 4) p. 42 sq.

I. *Toup:* Fragmentum Amphidis, ab Athenaeo Lib. IX. p. 386 F. metro suo restituitur. —— In Emendatt. in Suidam, P. II. p. 267 sq.

Valckenarius: Amphidis locus apud Athenaeum I. p. 30 E. emendatur. —— Ad *Euripidis* Phoeniss. v. 549.

ANACHARSIS.

Fabr. B. Gr. *ed. n.* T. I. p. 771.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Omnes epistolae.*

1499, 4. *ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΑΝΑΧΑΡΣΙΔΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥ.* Anacharsidis epistolae IX. *Graece.* —— In *Aldi Manutii* Collectione Epistolarum graec. (Vt., Aldus) T. II. *sign.* π iiii.

1552, 4. Ἀναχαρσιδος ἐπιςολαι. Anacharsidis Epistolae. Graece et latine separatim editae. Paris., ap. Gu. Morellium.

1581, 4. — gr. et lat., Paris., apud Petrum Pautonnier. Guil. Morelii in Graecis typographi haeredem, è regione Collegii Rhemensis. —— Sic *Maittaire* in Annal. Indic. T. V. p. 38. Alias: „*P., Steph. Praevostaeus*" indicatur.

1601, 8. — gr. et lat. —— Inter Epistolas graec. edit. per Eilh. Lubinum. *V.:* Epistolae.

1606, f. —— Inter Epistolas Graecanicas mutuas. Aurel. Allobr.

Bb) *Delectus epistolarum.*

1540, 8. Ἐπιστολαι β' Ἀναχαρσιδος Graece et Latine. —— In *Εκλογη etc.*: Delectis quibusdam graecis epistolis. (In Acad. Tubingensi elaboratis) *f.* 5 *b* et *f.* 23 *a*, latine *f.* 40 *b* et *f.* 57 *a*.

ANACREON.

Fabr. B. Gr. T. II. p. 567 sqq.; *ed. n.* T. II. p. 91 sqq.

I. *Editiones textus.*

AA. Lyrica.

Aa) *Omnium quae supersunt.*

1554, 4. *ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ Τηιου μελη.* ANACREONTIS Teij odae Ab H. Stephano luce et Latinitate nunc primum donatae. Lvtetiae, apud H. Stephanum. M. D. LIIII. Ex privilegio regis. —— 4 *ff.* praefixa, titulum et graecam ad philomusos epistolam *H. Stephani*, et tria epigrammata, graecum unum, altera duo Latina, continentia; 63 pp. contextus graecus, usque ad p. 84 notae, et ad p. 110 interpretatio latina. Praeter Anacreontis Carmina complectitur haec editio princeps, nonnulla Alcaei fragmenta, et Anacreontis epigrammata, cum Sapphûs oda *Ποικιλοθρον' ἀθανατ' Αφροδιτα etc.*, unoque fragmento. Anacreontis autem odas, non omnes, sed aliquot tantum, Latine vertit H. *Stephanus.* Bibl. acad. et sen. Lips.

1556, 8. *ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ ΚΑΙ ἈΛΛΩΝ ΤΙΝΩΝ λυρικων ποιητων μελη.* ANACREONTIS ET ALIORVM Lyricorum aliquot poetarum Odae. In easdem Henrici Stephani Observationes; Anacreontis aliquot odae ab Henr. Stephano eodem carmine Latinè expressae. Paris., apud Guil. Morelium, in Graecis Typographum regium; & Robertum Stephanum; typis regiis. —— 69 pp. contextus graecus, usque ad p. 100 notae, et usque ad p. 122 versio latina. Omnia illa, quae editio a. 1554, complectitur haec; praetereaque Anacreontis notitiam ex Suida, alteramque *Sapphûs* Odam *Φαινεται μοι etc.* addidit; omittit autem Graecam Henr. Stephani epistolam, eiusque in initio habita epigrammata. Paucis a *Morelio* mutatis, prorsus Stephanianus textus. Bella editio. Bibl. sen. Lips.

1560, — 1566, 12. Anacreontis Carmina, cum interpretatione Latina H. Stephani. —— Inter eiusdem *Stephani* Poetas lyricos. Ex praeced. edit. expressa. Rep. 1686.

1568, 8. Anacreontis Carmina, Graece, cum Scholiis Fulvii Vrsini. —— Ad-

iecta sunt Carminibus novem Illustr. Feminarum et Lyricorum. (Atv.) p. 123—139: Veterum in Anacreontem epigrammata, p. 130—151 sequuntur Anacreontis Odae et fragmenta, quae genuina tantum habentur, et p. 320—328: Adnotationes in Anacreontis fragmenta. Ad Stephanianam editionem a. 1566 expressa est.

1586, 12. Anacreontis Lyricorum carmine eiusque fragmenta. —— Inter *Stephani* Poetas lyricos. Paris. Notae hic iterum sed castigatiores, et fragmenta auctius exhibentur. *V.* 1560 et 1600.

1597. 4. Anacreontis Lyricorum poetarum festiuissimi qvae restant carmina, cum interpretatione Eilhardi Lubini. Ita vt versus versui, et verbum verbo paene respondeat. *Seneca possidemus peritura perituri.* Rostochij ex Typographeio Stephani Myliandri Anno cIↃ.IↃ.IIIC. —— 24 *ff.* Haec editio interpretationem, quam *Eilh. Lubinus* novam constituit, omniaque quae Anacreonti adscribuntur carmina et fragmenta, complectitur. Accuratam huius editionis notitiam primus omnium dedit *Freytag* in Adparatu litter. T. III. p. 556 sq., quem omnes postea sunt sequuti.

1600, 12. —— In *H. Stephani* Collectione poetarum IX lyricorum. *V.* 1586 et 1612.

1611, 4 mai. — Andegau.

1612, 12. —— In *Stephani* Collectione poetarum IX lyricorum. *V.* 1600.

1614, f. —— In Corpore poetarum Graecorum. Gv.

1622, 12. — cum interpretatione lat. et cum notis F. Hr. Flayderi. Adiectae sunt *Stephani* et *El. Andreae* interpretationes. Tb. —— Ex *Stephani* recensione expressa est editio.

1624, 8. — P., ap. Libert.

1639, 8. *ἈΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ ΤΗΙΟΥ ΤΑ ΜΕΛΗ*, *μετα σχολιων Ἰωαννȣ Ἀρμανδȣ Βουθιλληριȣ αρχιμανδριτȣ.* Parisiis ex typographia Iacobi Dugast, Via S. Ioannis Bellovacensis, ad olivam R. Stephani. M.DC.XXXIX. —— 6 *ff.* praefixa, 145 pp. Hanc editionem edidit *Buthilierus* annum XII. agens; postea autem, cum se congregationi Trapistorum addixisset, exemplaria omnia sibi occurantia delevit, quocirca rarissima editio. Quod ad titulum et dedicationem (ubi in superscriptione nonnulla exemplaria habent *'Ιωαννη Ἀρμανδȣ* pro *Ἀρμανδȣ Ἰωαννου* legitur) attinet, sunt diversa exemplaria. Praeterea quaedam exemplaria extant diversa dedicatione, incipiente: „*Ἐκ παιδων ταυτα ἐφρονησα, etc.*“ *V.* plura et accurate exposita de hac editione in libro inscripto: Mélanges de Critique et de Philologie par Chardon de la Rochette, T. I. p. 144—182, ubi p. 180 sq. graeca et latina dedicatio incipiens inscripta: „*Τω πανυ Ιωαννη Αρμανδω, Καρδιναλει Ριχελιω, Ιωαννης Αρμανδος Βουθιλληριως, Ἀββας χαιρειν και εὐπραττειν.* ... *Ἐκ παιδων ταὐτα ἐφρονησα.* Alteram dedicationem gallice vero conversam *v.* ib. p. 146 sqq. repetitam. A *f.* 5 usque ad finem omnia exx. sunt eadem. Scholia in *Maittairii* editione a. 1740 sunt repetita. Contextus vero graecus est ex *Stephani* recensione expressus.

1647, 8. — Paris. —— Titulus tantum praecedentis mutatus est.

1657, 12. Anacreontis Teii Carmina, eodem versuum latinorum genere a variis expressa, operaque et studio Hadriani Foppens Poeseos studiosi in Gymnasio Soc. Iesu Bruxellis recusa. Antverpiae, apud Viduam I. Cnobbari. —— 89 pp. Textui graeco e regione posita est interpretatio latina. Exteriora laudanda sunt. Additur ad *Fabricii* (Bibl. gr. ed. Harles.) indicem editionum Anacreontis in Bibl. antiq. litt. et artium, germanice conscripta, fasc. IX. p. 100 sq.

1657, 8. Anacreontis Opera. Gr. et Lat., cum obss. H. Stephani. Ld. —— Rep. ex edit. a. 1556.

1660, 12. *Τα του Ἀνακρεοντος και Σαφους μελη.* Anacreontis et Sapphonis Carmina. Gr. et Lat. Notas et animadversiones addidit Tanaq. Faber, in quibus multa veterum loca emend. Salmurii, per Io. Lenerium. —— Contextus graecus e recensione *Stephani* est exhibitus. Notae sunt magni aestimandae. Quod autem *Harles* in Introductione, T. I. p. 229 adnotat his verbis: „Tanaquil Faber, primus multarum odarum antiquitatem oppugnavit“, non verum est; iam *Fr. Robortellus* ante in Obss. de Critica antiquitatem odarum nonnullarum negavit. Rep. 1680.

1680, 12. — edit. II. Salmurii. —— *V.* 1660 et 1690.

1681, 12. Les Poesies d'Anacreon et de Sappho, trad. de Grec en François, avec des Remarques; par *Mad.* Le Fevre. En Grec et en Franç. Paris. —— Edit. a. 1682, 12, *ib.* indicatur in *Actis Erudit*or. 1683, p. 402 sq., ubi quoque versio gallica laudatur, eamque notitiam *Fabricius* in Bibl. Gr. sequitur. *V.* 1693.

1684, 12. *Ἀνακρεοντος Τηιου μελη.* Anacreontis Teii Odae, ab Henrico Stephano luce et latinitate donatae. Cbr.,

ex off. J. Hayes, impensis Rich. Green. — Mera repetitio Stephanianae editionis.

1684, 12. Les Poésies d'Anacréon et de Sapho, en Grec, avec la traduction, en vers franç. et avec des remarques (*par Hil.-Bern. de Requeleyne Baron de Longepierre*). Paris, Pierre Emery. — Tantum nitida exx. curiositatis causa aestimantur. *V.* 1692.

1690, 12. — Salmurii. — Erratis typothetarum inquinata editio. *V.* 1680.

1692, 12. Les Oeuvres d'Anacreon et de Sapho. Contenant leurs Poësies, et les galanteries de l'ancienne Grèce. Traduites de Grec en vers françois par *Mr.* de Longepierre, avec des Notes curieuses sur tout l'Ouvrage. à Paris., chez Charles Clouzier. — 1 *f.* fig., 9 ff. praefixa, 398 *ff.* et 1 *f.* librarii notitiam aliquam continens. Et *Amst.*, 1692, 8 *V.* 1684.

1693, 12. — par Dacier. Amst. — *V.* 1681 et 1699.

1695, 8. *Ἀνακρεοντος Τηιου μελη.* Anacreontis Teii Carmina. Plurimis, quibus hactenus scatebant mendis, purgauit, turbata metra restituit, notasque cum nova interpretatione adiecit Guilielmus Baxter. Subiiciuntur etiam duo vetustissimae Poetriae *Sapphus* elegantissima Odaria, cum novo Commentario: item *Theocriti* Anacreonticum in mortuum Adonin. Ld. — Usque ad *Baxterum*, qui novam quasi recensionem constituit, omnes editores textum *Stephani* retinuerunt. Attamen Baxter nimis temere audacterque in textu constituendo, ut omnes uno tenore iudicarunt, versatus est; praeter ea quoque versione latina et notis, obscuriorem poetam reddidit. Rep. 1710.

1698, 8. — *V.* 1702.

1699, 8. — Amst. — *V.* 1693 et 1716.

1700, 12. *Τα του Ἀνακρεοντος, και Σαφους Μελη*, Anacreontis et Sapphonis Carmina Latine Italiceque conversa. Notas, et Animadversiones addidit Tanaq. Faber; quibus multa veterum loca emendantur. Recens omnia correcta, uti numquam prius. Cum Italica Traductione Bartolomae (?) Corsini in calce apposita. Neapoli, Parrino.

1702, 8. Anacreontis Teii Carmina, quondam eodem versuum genere, partim ab Henrico Stephano, partim, ab Elia Andrea, partim ab Eilhardo Lubino, nunc genere sapphico et versibus teutonicis expressa, edita in usum studiosae iuventutis a Caspare Ernesto Trillero, anno MDCXCXII. Nordhusae Litteris Augustini Martini Hynilaschii. — In *Fabricii* B. Gr. falso sub a. 1698 enumeratur. *V.* Hamburgische Berichte 1743, p. 448. Prima germanica Anacreontis interpretatio hic extat. Pauca tantum exx. expressa typis sunt.

1704, 8. TN. des Odes d'Anacreon, sur l'Original grec. Par *M.* de la Fosse. Avec des Remarques et d'autres ouvrages du Traducteur. Paris, Pierre Ribou. — Contextus graecus est adiectus.

1705, 8. Anacreon Teius, Poeta Lyricus, summa cura et diligentia, sed fide etiam Vet. Mss. Vatican. emendatus, pristino nitori, numerisque suis restitutus, dimidia fere parte auctus, aliquot nempe Poematiis, et Fragmentis plurimis, ab undiquaque conquisitis. Item Anacreontis Vita *etc.* Aliaque, quorum seriem sequens pagina notat. Opera et studio Iosuae Barnes. Cbr., Ieffrey. — *Barnesius* in textu constituendo *Scaligeri*, *Salmasii* et *Dn. Heinsii* coniecturis, *I. Cottoni* et *Th. Stanleii* animadversionibus, inprimisque, sed parum quidem adcurata, *Is. Vossii* collatione codicis Vatic. est usus. Quam adiecit versionem lat. de novo adornavit, et in notas plurima bene docteque explicavit, de metri ratione, quod etiam in prolegomenis fecit, diligenter acuteque disseruit; attamen textum, quod ad metricam rationem attinet, admodum audacter mutavit. Fragmenta auctiora exhibentur. Praeterea sunt icones *Anacreontis*, *Barnesii* et *ducis Marlborughensis* praefixae. Rep. 1721.

1710, 8. — Edit. altera, aliquanto emaculatior et elucubratior: qua commendatur etiam Barnesii *etc.* lepidum et bellum ingenium, et acumen criticum. Ld., impensis Mth. Hawkins. — 186 pp. *V.* 1695. Apud *Mohnikium* in *Gesch. d. Litt. d. Griech.*, T. I. p. 311 falso sub a. 1705 editio II. enumeratur.

1712, 12. Les Odes d'Anacréon et de Sapho, en Grec, avec la traduction en vers françois des Remarques et une préface; par le Poëte sans-Fard (*Fr. Gaçon*). Amst. et Rotterdam, chez Fritsch et Böhm. — Rep. 1754.

1716, 8. — traduites en Franç., avec le texte grec et des remarques par Anne Lefèvre, fem. Dacier; édition augmentée des notes latines de Lefèvre, et de la traduction en vers franç. de Lafosse. à Amsterdam, chez la veuve de Paul Marret. — *V.* 1699, conf. 1704.

1720, 12. Anacreonte Greco-Latino ed Italiano, tradotto da diversi. Neapoli. — *Argelatti* fuit editor.

1721, 8. Anacreon, Teius, Poeta Lyricus, summa cura et diligentia, ad fidem etiam Vet. Ms. Vatic. emendatus, pristino nitori, numerisque suis restitutus, dimidia fere parte auctus, aliquot nempe iustis poëmatiis et fragmentis plurimis ab undiquaque conquisitis. Item Anacrontis vita, *etc.* Opera et studio Iosuae Barnes. Edit. altera, auctior et emendatior. Cbr. — Praemissae sunt denuo 3 icones iam dictae, 10 *ff.* praefixa, 401 pp., 3 et 8 *ff.* indices, et 3 *ff.* indices nundinarum complectentia. Haec auctior editio prioribus omnium Barnesii quaesitissima.

1725, 4 mai. Anacreontis Opera Graece: cum lat. versione, notis et indice (*edid. Mch. Maittaire*). Ld., excud. Gu. Bowyer. — 4 *ff.* praefixa, LXXIV, 75 pp., et 1 *f.* subscribentium nomina continens. Tantummodo 100 exx. huius splendidissimae editionis sunt typis descripta. Versio metrica est nova; notae priorum editorum, praeter quas *Buthillierus* conscripsit, sunt receptae. Adiectus criticus index est copiosus. Textus autem est *Stephani.* De vita quoque et metris Anacreontis agit *Maittaire.* Quae omnia in adornanda hac editione subsidia adhibuit diligenter sunt indicata. Adiiciendum videtur iudicium in *Miscellan. Obss.* (1733), Vol. II. p. 5 de hac editione prolatum his verbis: „Editio Anacreontica maioris voluminis et pretii, quam utilitatis vel eruditionis," quod tamen nimis est severum. *V.* 1740.

1730, 4. Anacreonte, trad. da varij coll' aggiunta del testo greco e della versione lat. di Gios. Barnes. Venezia.

1732, 4 min. Anacreontis Teii Odae et Fragmenta, graece et latine, cum notis J. C. de Pauw. Trj. ad Rh., apud Gu. Kroon. — 17 *ff.*, 315 pp. Nitide impressa editio. Amatores librorum rariorum tantum exx. in m. ch. quaerunt. Ceterum non magni aestimatur, quia *de Pauw* nimis audacter textum mutavit. Acerrime idcirco impugnabat eum *D'Orvillius* in *Vanno critica* (Amst., 1737, 8.) p. 557—577, ubi p. 559: „Crepat quidem Margines Scaligeranas, *inquit*, sed illas numquam vidit; iactat quidem Collationem Vaticanam: sed illam omnem debet *Barnesio*, ipse ne quidem apographum habuit. Imo ridicule admodum se hic in centum locis dedit. nam in plerisque controversis locis duplex est lectio: quarum una est ipsius contextus: altera vel interlinearis, ut vocant, vel ad oram reiecta. iam has nusquam distinxit Barnesius: nec Pavo potuit, *revera caecus ducem caecum secutus*, et in tenebris micans, adeo ut quidquid circa Cod. Vatic. et hic et ille tradat incertae fidei plane sit. praeterquam quod multae lectiones variae, nec parvi momenti, omissae ab eo, qui in gratiam *Barnesii* contulit: qui forte quoque neglexit *Barnesium* admonere de duplice passim lectione." Conf. quoque Miscellan. Obss. Vol. II. T. I. p. 7 et p. 364, et Acta Eruditor. germ. T. CLXXII, no. 1. p. 229, et: Beytrag zur gelehrt. Zeit., T. II. p. 735 sq. *V.* 1753. Bibl. acad. Lips.

1733, 12 mai. *Ανακρεοντος Τηιου Μελη.* Anacreontis Teii Carmina: Accurate edita; Cum Notis perpetuis; et Vers. lat., numeris elegiacis paraphrastice expressa. Accedunt eiusdem, ut perhibetur, Fragmenta, et Poetriae *Sapphus*, quae supersunt. Ld., Gilliver. — XXIV, 210 pp. A p. 193 usque ad p. 210 addita est, supplementum quasi, collatio editionis Pauwianae. *Ios. Trapp*, praeter quod hinc et inde ipse addidit, praecipue *Barnesium* secutus, hanc editionem curavit, *v. D'Orvillium* in *Vanno crit.* p. 69 et 557. *V.* 1742, 12.

1734, 8. — Edit. III., auctior et emendatior. Ld., Knapton. — Negligentius impressa. *V.* 1721 et 1742.

1735, 12. The Works of Anacreon, translated into English Verse; with Notes explanatory and poetical. To which are added, the Odes, Fragments, and Epigrams of Sappho; with the original Greek plac'd opposite to the Translation. By I. Addison. Ld., Watts. — — Interpretatio, ut notae magna cum laude excipiebantur, conf. Present State of the Republick of Letters, for Novemb. 1735, p. 358—368.

1736, 4 mai. Anacreonte, tradotto in versi Italiani da varij (*Bt. Corsini, Regnier Desmarais*, con le due del *Aless. Marchetti, ed Salvini*). Con la giunta del testo greco, e della versione latina di Giosuè Barnes. Vn., Fr. Piacentini. — 208 pp. Cum Anacreontis effigie. Praeter quos nominavi in tituli notitia, aliorum quoque anonymorum interpretationes sunt receptae. Quaesita raraque editio. Conf. *Chardon de la Rochette* in Mélanges de Critique et de Phil. T. I. p. 191.

1740, 4 mai. — Edit. altera, cum novis versionibus, Scholiis graecis, et No-

tis. Ld., excud. Iul. Bowyer. —— 4 *ff.* praefixa, 118 pp. A p. 1 usque ad p. 56 habetur contextus graecus, versionesque *H. Stephani* et *Heliae Andreae;* a p. 56 usque ad p. 83 vero scholia graeca *I. Armandi Buthillieri*, ex edit. a. 1693 omnibus cum vitiis typographicis expressa. Praeterea sunt *Alcaei* et *Sapphonis* fragmenta addita. Conf. Supplem. Actor. Eruditor. Lips. T. I. p. 193 sqq., inprimis autem *Chardon de la Rochette* in Mélanges de Crit. et Philol., T. I. (1812, 8. *Paris.*) p. 174 sqq, Tantummodo 100 exx. in ch. ord., et 6 in ch. m. sunt typis descripta.

1742, 12. — Edit. II., priore emendatior, et vocabulorum omnium Anacreonticorum Indice adaucta; cum rerum, Epithetorum, et Phrasium insigniorum, annotatione. Ld. —— 5 *sh.* Nitida *Trappii* editionis repetitio, *v.* 1733.

1742, 12. — Edit. IV. Ld., Knapton. —— *V.* 1734.

1742, 8. *Ἀνακρεοντος Τηϊου μελη.* Anacreontis Teii Carmina. Addita in fine partim H. Stephani, partim Eliae Andreae, latina eodem versuum genere interpretatione, Jac. Lamius recs. ad usum Seminarii. Fl., ex typographia I. B. Brusagli. —— 139 pp. Paucis in interpretatione mutatis ex editione *Barnesii* expressa est sine accentibus. Quod in Indice prohibitorum librorum recepta est, rara, sed non magni habita editio. Conf. *Chardon de la Rochette* in Mélanges de Crit. et de Phil., T. I. p. 190. Falso apud *Fabricium* sub a. 1743 enumeratur.

1744, 12. *Τα του Ἀνακρεοντος και Σαφους μελη.* Anacreontis Teii et Sapphonis Carmina. Gr. et Lat. Glsg., Foulis. —— 4 *sh.* Ut omnes ab *Foulis* excusae editiones, est ex *Stephani* recensione. Rep. 1770.

1748, 12. Anacreontis Carmina, graece edid. I. Capperonnier. Paris. —— Rep. 1755.

1751, 32. Anacreontis Carmina, cum Sapphonis et Alcaei Fragmentis. Graece. Glsg., Foulis. —— Sane bella editio. Aliquot exx. in serico panno densiore et collustrato (*auf Atlas* ut nos dicimus,) sunt typis expressa.

1754, 64. *Αἱ του Ἀνακρεοντος ωδαι, και τα Σαφους, και Ἐριννας λειψανα.* Edb., Hamilton.

1754, 16. — NE. (*publiée par J. Capperonnier et Querlon*). Paris, Grangé. —— Rep. editionis a. 1712.

1754, 8 min. Anacreontis Teii Carmina Graece e rec. Gvl. Baxteri cum eiusd. H. Stephani et Tannegvidi Fabri notis, accedvnt dvo Sapphvs Odaria atque Theocriti Anacreonticvm in Mortvvm Adonin, curavit I. F. Fischer. Lps., in Crullia libr. —— 1 tab. fig. et 17 *ff.* praefixa, a p. 1 usque ad p. 114 habetur contextus graecus, subiectis notis; usque ad p. 158 *Stephani* notae, et 2 *ff.* indicem Odarum continent. *Fischer* recepit textum *Barnesii* ut in eiusd. editione II. exhibetur, cum eiusd. animadversionibus, omissa tamen latina interpretatione. Acerrime *Fischerum* ob hanc edendorum librorum rationem impugnavit *Reiske* in praefatione ad Theocritum, p. IV. Rep. 1776.

1755, 12. Anacreontis Carmina, graece edid. I. Capperonnier. Paris. —— *V.* 1748.

1757, 12. *Αι του Ανακρεοντος ωδαι. Και τα της Σαφους, και τα του Αλκαιου Λειψανα.* Gr. et lat. Glsg., Foulis. —— 80 pp.

1761, 32. Anacreontis Carmina, cum Sapphonis et Alcaei fragmentis, graecè. Glsg., Foulis. —— Notitia huius editionis in *Catalogue des Livres de la Bibl. de Caillard*, (P., 1810, 8.) p. 110 exhibetur.

1770, 8. *Αἱ του Ἀνακρεοντος Ωιδαι και τα της Σαφους και τα του Ἀλκαιου Λειψανα.* Gr. et Lat. Glsg., Foulis.

1776, 8 mai. Anacreontis Teii Carmina. Gr. e rec. Gul. Baxteri cum eiusd. H. item Stephani atque Taneqvidi Fabri Notis. Accesserunt Dvo Sapphvs Odaria atque Theocriti Anacreonticvm in Mortvvm Adonin. Itervm edid. Varietatemque lectionis cum suis animadversionibus, et Anacreontis Fragmenta adiecit I. F. Fischer. Lps., Mueller. —— 1 tab. fig., LXXVIII, 172 pp. contextus subiunctis notis, usque ad p. 202 *Stephani*, et usque ad p. 254 *Fabri* notae leguntur. A p. 255 — 324 Fragmenta sub tit.: „Reliquiae Anacreontis quaedam aliae, ab H. Stephano, Fulvio Ursino, Iosua Barnesio et I. Cornelio Pavo collectae; e rec. Barnesii, Varietatem lectionis adi., numerumque fragmentorum augere instituit I. F. Fischer. Accessere poetarum quorundam graecorum epigrammata in Anacreontem.“ CXXXIV fragmenta hîc, CXVIII a *Barnesio*, reliqua ab *Ursino*, *de Pauw* aliisque collecta, extant; epigrammata Anacreontis exhibentur XX, et XIX aliorum poetarum in Anacreontem. Praeter nonnullas *Stephani* coniecturas receptas, prorsus eiusdem textus est. Conf. Bibl. philol. novam, Vol. I. P. I. p. 56—73. *V.* 1754 et 1793.

1776, 8. Anacreontis Carmina. —— In *Brunckii* Analectis, Vol. I. p. 79 — 119; notae ad Anacreontem *v.* ib. Vol. III. p. 13 — 17. Hic primum prodire iussit Anacreontem *Brunckius*, multo emendatiorem autem a. 1778, illis subsidiis adhibitis, quibus hic caruit.

1777, 8. Anacreontis Carmina, cum Sapphonis et Alcaei Fragmentis. Gr. et lat. Glsg., Foulis. —— *V.* 1770 et 1783.

1777, 8. Anacreontis Carmina omnia. In usum scholarum. Mgdb. —— *Baxteri* contextus. Rep. 1781.

1778, 12 min. *Ανακρεοντος ᾠδαι.* Anacreontis Carmina E Mstis codd. et doctorum virorum commentariis emendata. Argentorati. — excud. Heitz. —— Edidit *Brunck.* A p. 1 usque ad p. 92 contextus graecus modo, a p. 93—128 notae, quae partim *Brunckii*, partim *Salmasii* ineditae aliorumque sunt. *Brunckius* denuo lucem Anacreonti criticam attulit, novamque, adhibitis bonis subsidiis, recensionem, a lectione Analectorum diversam, constituit. Notae ingeniosae lectionis mutatae rationem perhibent. Conf. Bibl. crit. Amstelod., Vol. I. T. IV. p. 112 sqq., Ephemm. litter. Norimberg. 1779, p. 443 sqq., et ephemm. litt. Francof. 1779, p. 538 sqq.

1781, f. mai. *ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟϹ ΤΗΙΟΥ ϹΥΜΠΟϹΙΑΚΑ ΗΜΙΑΜΒΙΑ* ANACREONTIS TEII CONVIVIALIA SEMIAMBIA. ROM. CIↃIↃCCLXXXI. —— Editionem splendidam curavit *Ios. Spaletti.* 1 *f.* effigiem Anacreontis cont., 5 *ff.*, 60 pp. contextus graecus et interpretatio latina, additis figuris aeri incisis, et ad calcem 1 *f.* fig. et symb. graece conscriptum. Priores 16 paginae sunt aeri incisae, ut accurata Heidelbergensi-Vaticani Msti (quod vitiose scriptum est, hodie autem nusquam reperiri potest) effigies sive scripturae imitatio exhiberi possit; reliquae paginae tribus columnis descriptae typis, textum graecum, interpretationem *Barnesii*, praetereaque vulgatam latinam continent. Hic receptus odarum LIX ordo diversus est ab illo communiter instituto. Ob has omnes causas, quamquam cod. msti imitatio non eadem diligentia, qua par erat, sit peracta, maximi aestimanda editio. Saepe vero nonnulla paucorum, quae exstant impressa exemplaria, sine illa aeri incisa parte reperiuntur, ubi tum impressis exemplaribus a. 1783 est praefixus, quae nonnulli tanquam editionem secundam commemorant. Denuo institutam collationem codicis *v.* infra III. s. n. *Levesque* indicatam. Fidem autem *Spalettii* diversitas ipsa inter contextum typis descriptum et aeri incisum animadversa valde dubiam reddidit, conf. ephem. litter. Lips., 1784, no. 102. Bibl. sen. Lips. integrum duarum partium exemplar adservat.

1781, 12. Anacreontis Carmina recensuit, varietatem lectionis selectam et indicem adiecit I. F. Degen. Erl. —— Ex editione *Brunckii* a. 1778. Rep. 1786.

1781, 8. — Mgdb., Creutz. —— 4 *Gr.* *V.* 1777.

1782, 8 mai. Anacreontis Carmina cum lectionis varietate cura I. Ludolf Holst. Lps., Crusius. —— 4 *ff.* tit. et dedicatio, XL pp. praefatio, et usque ad p. LXVI commentatio apologetica; 1 vac. f.; p. 1—164 contextus graecus notaeque, et 2 *ff.* index odarum implent. Praecipue recensionem *Baxteri* sequitur *Holst.* Non magni habetur. 12 *Gr.*

1782—1783, 8. Odi di Anacreonte e di Saffo, recate in versi italiani da Fr. Saverino de Rogati. Colle, nella stamperia di A. Martini. Voll. II. —— Textui ad fidem duorum codicum mstorum Panormensium constituto e regione metrica italice conscripta interpretatio est posita, quae laudatur. Praeter vitam Anacreontis praemissa est „*Discorso preliminare*", et editoris ipsius poemata. Ut videtur, non satis nota editio. Rep. 1818.

1783, 12. Anacreontis Odae et Sapphus Reliqua. Glsg., Andr. Foulis.

1784, 12. Anacreontis Odae et Sapphus reliqua. Glsg., Foulis. —— *V.* 1777.

1784, 4 min. Anacreontis Odaria, graece, praefixo commentario, quo poetae genus traditur et bibliotheca anacreontica adumbratur, additis variis lectionibus. Parmae, ex Regio Typographeo, die XV. Septembris, 1784. —— Tantummodo 60 exemplaria (*v.* Catalogue des livres de Caillard. Paris, 1810, 8, p. 110) huius bellae editionis typis cursivis, ut nos dicimus, quorum aliquot in ch. holl., et quatuor in ch. pergamen., quam dicimus, sunt descripta. Ubi illud primum folium notitiam librarii „*pauca admodum*" etc. continens deest, illa exemplaria sunt secundae impressionis, quae praeterea viliori charta sunt impressa.

1785, 4 mai. *ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ ΤΗΙΟΥ ΜΕΛΗ*, ANACREONTIS TEII ODARIA PRAEFIXO COMMENTARIO QVO POETAE GENVS TRADITVR ET BIBLIOTHECA ANACREONTEIA ADVMBRATVR. *ADDITIS VAR. LECTIONIBVS.* PARMAE, EX REGIO TYPOGRAPHEIO. *In fine:* OPVS. ABSOLVTVM. EST IN REGIO. PARMENSI. TYPOGRAPHEIO. A. CIↃIↃCCLXXXV. XVII. KAL. APR. *etc.* —— 2 *ff.*, XCIV pp. commentarium, et 100

pp. contextum graecum complectentes, et ad calcem 1 *f.*, quod indicatam subscriptionem continet. Splendidissima, litteris maiusculis, sive ut nos dicimus *Kapitälchen*, impressa est editio, quam *Th. Valperga de Calusio* ex rec. *Stephani*, ad Brunkianam editionem emendatam curavit. Exemplaria nonnulla diversa ch. (meliori et viliori) extant. Bibl. acad. et sen. Lips. adservant exx. in ch. membr.

1786, 8 min. Anacreontis Carmina recs., varietatem lectionis selectam et indicem adi. I. F. Degen. Edit. altera emendatior et auctior. Erl., Walther. —— XVI, 86 pp. contextus graecus notaeque, a p. 87 usque ad p. 224 Index. Praeter selectam varietatem notasque criticas habentur quoque bonae frugis animadversiones aestheticae. *V.* 1808.

1786, 32. Anacreontis carmina. Accedunt selecta quaedam e lyricorum reliquiis. Editio secunda emendatior. *In fine:* Argentorati typis Philippi Iacobi Dannbach. Calendis Aprilibus anni MDCCLXXXVI. —— 147 pp. 18 *Gr.* Haec est tertia *Brunckii* editio, multo emendatior ad Spallettianum exemplar adornata, notae quoque sunt auctiores eliminatioresque quam ante. Scolia sunt a Sapphonis fragmentis seiuncta. Extant quoque exx. in ch. memb., et, ut dicitur, in ch. pergamen. impressa. Elegantior posteriore.

1786, 16. Anacreontis carmina. Accedunt selecta quaedam e lyricorum reliquiis. Editio nova locupletior. *In fine:* Argentorati typis Philippi Iacobi Dannbach. Calendis Aprilibus anni MDCCLXXXVI. —— 149 pp. Hae duae Anacreonticorum *Brunckii* editiones textu, quamquam uno anno prodierunt, valde inter se discrepant. Posterior, curas *Brunckii* novissimas tenens, rarissime occurrit. Haec in titulo vulgo „*editio III.*“, et in emplaribus ch. membr. „*cum nouis accessionibus*“ habet notitia. Conf. *Degenii* Neue krit. Nachrichten, 1787, p. 46 sqq. Ex his duabus editionibus notas et quae notabiliora in textu discrepantia occurrunt, in Tauchnitziana editione saepe repetita reperies. 1 *Th.* 6 *Gr.* Exx. quoque extant ch., ut gallice dicitur, *d'Annonay*, et ch. membr.

1787, 12 mai. *Ανακρεοντος ῳδαι και αλλα λυρικα.* Anacreons Lieder, nebst andern lyrischen Gedichten: von I. F. Degen. Altb., Richter (*nunc* Greitz, Hennings). —— 292 pp. 20 *Gr.*, ch. holl. 1 *Th.* 12 *Gr.* Magni ob adcurate typis exscriptum contextum aestimatur. Textus ipse ex edit. III. Brunkiana est. Rep. 1821.

1787, 8 mai. *Ανακρεοντος Μελη.* Anakreons Lyrische Lieder, griech. m. erklär. Anmerkk. herausgegeb. v. J. G. Brieger. Lpz., Schwickert. —— XXX, 146 pp. 9 *Gr.* Brunckianus contextus, cum *Fischeri*, *Zeunii*, *Brunckiique* notis, et graeco-germanico indice.

1789, 8. Anacreontis et Sapphus Carmina, graece; recs., notisque illustravit perpetuis ex optimis interpretibus, quibus et suas adiecit I. Glo. Born. Lps., apud Haugii viduam. —— Non magni habenda est. Rep. 1809.

1789, 8. Anakreon's Lieder, griech. Mit e. vollst. griech.-deutsch. Wörterb. (*v. K. H. Joerdens.*) Brl. u. Libau, Lagarde. —— 8 *Gr.* Sine accentibus, ut apud *Degenium*, attamen adcurate impressa.

1791, 8. *Ἀνακρεοντος Τηϊου Μελη.* Anacreontis Odaria. *Adest:* I. Csp. Amadutii epistola ad I. Bpt. Bodonium, qua emendatur et suppletur commentarius de Anacreontis genere, eiusque bibliotheca. Parmae, Bodoni. *Partt. II.* —— Commentarius implet 118 pp., et contextus graecus cum variis lectt. 111 pp., epistola 90 pp. Item ut editio a. 1785 maiusculis impressa, sed auctior emendatiorque. Exx. 12 ch. membr., et 6 ch. pergam. impressa extant. 8 *Th.* Praeterea *Bodoni* editionem *in*-16 adornatam „*Parmae, in aedibus Palatinis*“, cuius exx. 8 in pergam., char. cursivis, ut nos dicimus, imprimebat.

Ed. E. *ab Herberstein*: Spec. archimedaeum, quo cuicunque sphaerae datae inscribit cylindrum rectum, habentem ad ipsam sphaeram eam proportionem, quam coni aequilateri eidem sphaerae inscripti superficies ad superficiem sphaerae. —— In Actis Eruditor. (Lps, 1710. m. Apr.) p. 161 sqq.

(Gf. *Hermann*:) Ad Memoriam Kreglio-Sternbachianam in Avditorio Ivreconsultorvm die XVII. Ivlii MDCCCXXVIII. Hora IX. celebrandam invitant ordinvm academiae Lips. Decani Seniores ceteriqve adsessores. *De Archimedis problemate bovino.* Progr. Lps., 4. —— 12 pp. *Hermannus* typis hoc in programmate acad. illius epigrammatis nondum in Anthologia recepti, adiectis scholiis, contextum graecum emendatiorem repeti iussit, atque contra *Struvium* Archimedi vindicavit p. 4 inter alia his verbis, quibus simul de eius solutione disseruit: „Nec dubitandum puto, quin versus ipsi ab Archimede facti sint. Solebant enim talia, quo firmius memoriae mandari possent, versibus comprehendi: nec mirum, si Archimedes in re communi non est patria dialecto usus. Simul autem et res ipsa, et quae scholiastes ille de trigonis et polygonis dicit, argumento sunt, tantum abesse ut altera pars epigrammatis spuria sit, ut maxime genuinam haberi oporteat. Nam prior pars eiusmodi est, ut solutio eius aliquid operae, nihil autem artis requirat; altera vero et digna est ingenio Archimedis, et talis, ut recte provocari ad eam explicandam potuerint nobilissimi mathematici. Certe id frustra conati sunt et Ch. Leistius, et I. Struvius.“ *V.* infra s. v. *Lessing*, et *Struve*.

I. Bpt. *Hodierna*: Archimede redivivo, con la stadera del momento, dove s'insegna il modo di scopir le frodi nella falsificatione del oro et dell' argento *etc.* Palermo, 1644, 4.

E. F. *Iunge*: Die Spirale des Archimedes, in analytisch-geometrischer Darstellung. *Progr.* Zeitz, 1826, 4. —— 14 pp.

I. *Kepleri* Stereometriae archimedeae supplementum. Linciae, 1615, f.

Mart. *Knutzen*: Abhandlung von den Brennspiegeln des Archimedes. Kgsb., 1747, 4.

Ghld. Ephr. *Lessing*: Zur griech. Anthologie. —— *V.* in eiusd. Beiträge zur Geschichte u. Litteratur a. d. Wolfenbüttler Bibl. Beitr. II. p. 423—446, et rep. in eiusd Sämmtliche Werke, T. XIV. p. 232 sqq. Primus *Lessing* hic illud maxime aestimandum epigramma e cod. msto Guelferb. cum scholiis publicavit, adiecitque ipse p. 436 sqq. commentarium, ut alium p. 438—446 (in symbolis: *Ch. Leiste* proposuit. *V.* antea s. v. *Herrmann*, et infra s. v. *Struve*.

Gian Maria *Mazzuchelli*: Notizie istoriche e critiche intorno alla vita, alle invenzione ed agli scritti di Archimede. Brescia, presso Gian Maria Rizzardi.

1734, 4 mai. —— *V.* quoque *Scrittori d'Italia*, T. I. p. 951.

Marc. ***Meibomius:*** de Archimedis circuli quadratura. —— In eiusd. Libro de proportionibus, p. 100 et 197 sq.

Anicet ***Melot:*** Recherches sur la Vie d'Archimede. —— *V.* in Mémoires de l'Acad. des Inscr, T. XIV. p. 128 sqq.

Vinc. ***Mirabella:*** Vita d' Archimede. —— In Ichnographia Syracusar. p. 106 sqq. Et in Antiche Siracuse di Gio. Bonanni e Vincenzo Mirabella. (Palermo. 1717, f.) P. II. p. 146 — 153, et latine convers. a *Siegb. Havercampo* in Thesauro Antiquitatum et Historiar. Italiae et Siciliae, T. X. P. XI.

Montucla: Sur Archimede. —— In eius Histoire des Mathématiques, P. I. Liv. IV. p. 231 — 252; II. p. 5 sqq.

Gu. ***Oughtredi*** Archimedis Theorematum in librum de Sphaera et Cylindro declaratio. —— *V.* in eiusd. Clavi Mathematica. (Ld., 1648, 1667, 8.; Ox., 1652, 8.)

James ***Parsons:*** Observations upon Father Kircher's Opinion concerning the burning of the Fleet of Marcellus by Archimedes. —— *V.* in: The Philosophical Transactions. (Ld., 1755, 4.) Vol. XLVIII. P. II. no. LXXXII. p. 621 — 625.

I. ***Polenus:*** Quadraturae Circuli Archimedis et Hippocratis Chii, Expressio cum eius dialogo de vorticibus coelestibus. Patavii, 1712, 4.

Scheibel: Ueber Archimedes, dessen Schriften, u. deren Ausgaben. —— In eiusdem Einleitung zur mathematischen Bücherkenntniss, P. IX.

I. Andr. ***Schmid:*** Diss. de Archimede, mathematicorum principe. Jn., 1683, 4.

I. Andr. ***Segner:*** De Archimedis speculis tentamen. Jn., 1732, 4.

I. ***Struve*** u. K. L. ***Struve:*** Altes griech. Epigramm, mathematischen Inhalts, von Lessing erst einmal zum Druck befördert, jetzt neu abgedruckt, u. mathemat. u. krit. behandelt. Altona, Hammerich. 1821, 8 mai. —— 47 pp. 6 *Gr.* Una cum *I. Struvio* qui de hac scriptione in *Beckii* Repertorio 1821, III. p. 209 sqq. refert, sub Archimedis nomine circumlatum et hic p. 7 sqq. nonnullis locis emendate repetitum epigramma tantummodo serioris temporis lusus ingenii habet. *Hermanni* contra, quod satis notum est in his antiquitatis reliquiis aestimandis, acre iudicium, ubi quoque *Struvii* in sua diss. p. 5 prolatam sententiam perstringit, est his verbis expressum: „Qui eximiam operam epigrammatis Graecorum explicandis impendit, *F. Jacobsius*, ab eo dolemus unum neglectum esse in primis memorabile epigramma, quod Archimedi tributum primus e codice Guelferbytano edidit *Lessingius* in „symbola secunda ad historiam et litteraturam p. 423 sqq. sive Operum vol. XIV. p. 232 sqq. iterum autem vulgarunt ante hos VII annos *Struvii*, pater et filius, Altonae, commentariis instructum. Horum tanta fuit lascivia, ut non solum contemptim de eo sentirent, abiudicarentque ab Archimede, sed etiam alteram eius partem ab obscuro quodam homine ad ludificandos mathematicos compositam existimarent. Nimirum illi more multorum, qui antiquitatis monimenta tractant, vituperare et ut inepta reiicere quae ipsis molestiam crearent, quam accurate pervestigare maluerunt. Fugit eos nobile apud veteres fuisse Archimedis πρόβλημα βοεικόν, quod est illud ipsum, cuius ratio continetur isto epigrammate. Testem habemus scholiastam Platonis ad Charmidem p. 324. (91. ed. Ruhnk.) *etc.* Multo autem ante, quam edita sunt scholia illa, haec Latine reddita exstabant in *Dasypodii* versione Nomenclaturarum H e r o n i s A l e x a n d r i n i, quam ille orationi suae de disciplinis mathematicis adiecit, fol. 16 *a.* *etc.* Accedit inde fides inscriptioni epigrammatis, quae vel per se ita est comparata, ut non mentiri videatur."

I. Cph. ***Sturm:*** Quadraturae parabolae, methodo arithmetica infinitorum demonstratae. —— In Actis Eruditorum Lips. 1685.

— —: Diss. de terra, machinis immobili. Altd. 1691, 4. —— *Paulo Casato* contrariam sententiam exposuit *Sturmius.*

Pt. ***Varignonius:*** De difficultate libri de lineis spiralibus eiusque demonstrationum. —— *V.* in eius Historia acad. scient. (Paris., 1707) p. 58 sqq. et Memoriis, p. 91 sqq.

S. ***Vince:*** Observations on the fundamental Property of the Lever; with a Proof of the Principle assumed by Archimedes, in his Demonstration. —— *V.* in The Philosoph. Transactions for the year 1794. (Ld., 1794, 4.) P. I. p. 33 — 38.

I. Gli. ***Waldini*** Diss. de calculo, qui quantitatem mixturae, quam Archimedes detexit in corona Hieronis, ostendit. *Progr.* Mrb., 1784, 4.

I. F. ***Weidler:*** De Archimede, eiusque operibus et inventis in Astronomia. —— In eius Historia astronomiae, Lib. VI. §. 9. sq., p. 135 sqq.

ARCHIPPUS.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 747; *ed. n.* T. II. p. 423.

C. G. A. *Erfurdt:* Archippi fragmentum apud Athenaeum, p. 227 *a.* emendatur. —— *V.* eiusdem Obss. criticas maxime in Athenaei Deipnosophistas; insertae *Königsberger Archiv* (Rgm., 1812, 8.) Vol. I. no. XXII. p. 456. Idem emendatur aliter metrice descriptum ab *Iacobsio.*

F. *Jacobs:* Archippi Ecloga apud Athenaeum 227 *a.* emendatur. —— In eiusdem Additamentis Animadversionum in Athenaei Deipnosophistas. (Jn., 1809, 8.) p. 133. Idem atque ab *Erfurdtio* emendatum fragm. est.

— —: Archippi, comici, fragmentum in Schol. Aristoph. Vesp. 416. corrigitur. —— *Ib.* p. 343.

Hadr. *Junii* Animadversa ad Archippi aliquod fragmentum. —— *V.* eiusdem *Animadversa* eiusdemque de Coma commentarium. Edita cura Corn. van Arckel. (Roterodami, Hofhout. 1708, 8.) p. 320 sq., p. 416 sq.

A. *Meinecke:* De Archippo, veteris comoediae poeta. —— In eiusdem Quaestionum Scenicarum Spec. II. (Brl., 1827, 4 mai.) p. 45—48.

ARCHYTAS.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 482 sqq.; *ed. n.* T. I. p. 831 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Omnia quae supersunt.*

1821, 8. Archytae, Pythagorei, Fragmenta moralia, politica, physica et mathematica. Adiectum est eiusdem de decem categoriis. —— In *I. Cn. Orellii* Collectione inscripta: Opuscula Graecorum veterum sententiosa et moralia, graece et latine, Vol. II. (Lps., Weidmann.) p. 234 sqq. Fragmenta moralia multo auctiora hic quam apud *Gale* exhibentur; moralia autem sine versione latina. Adiectae quoque sunt omnibus notae *Meibomii, Gale, Jacobsii, Schowii* editorisque.

Bb) *Separatim edita scripta.*

aa) *Opus integrum.*

1561, 8. Architae Tarentini decem praedicamenta, Dom. Pizimentio Vib. interprete. Gr. et Lat. Venetiis. —— Rarissime occurrit.

(1564,) 8. *ΤΑ ΕΝ ΤΗ (?) ΒΙΒΛΙΩ ΤΩΔΕ ΕΣΤΙ ΤΑΔΕ,* — *Αρχυτου Φερομενοι δεκα λογοι καθολικοι.* — *Διαληψις περι της καλουμενης λογικης, τι τε και ποιον τι εϛιν. ανωνυμου τινος των προτερον.* — *Ετερον ανωνυμου και αυτου μεθοδος εις τους τροπους της φιλοσοφιας.* — *Γεωργιου Παχυμεριου περι των εξ της φιλοσοφιας ορισμων.* Lipsiae (*Vögelin*). —— 32 tantum *sign.* numerata *ff.* Prodiit s. a. et typothetae nomine, sed certissimis nunc rationibus, quod iam prius suspicatus sum, firmare, a. 1564 nec 1570, ut in Catalogue des Livres de la Bibl. du Roi, T. I. p. 102 no. 1650 *A* legitur, a *Camerario* editum esse, possum. Rep. 1821.

bb) *Fragmenta.*

1 a) philosophica.

1670, 8. Ex Archytae Pythagorei, lib. de bono viro et beato. lib. de morum doctrina, de bono viro et beato; ex Archytae Pythagorei, lib. de bono viro et beato, de disciplinis; ex Archytae lib. de sapientia fragmenta quaedam ab Iamblicho in tertio cap. Protrep. conservata. Versione I. North. *Omnia graece et latine.* —— *V.* edita ab *Th. Gale* inter *Πυθαγορειων αποσπασματια,* Pythagoreorum fragmenta, partim apud Stobaeum partim alibi reperta. (Chr., Ex Officina I. Hayes *etc.*, Impensis I. Creed. 1670.) p. 15—22, 37—39, 39, 43 sq., 44, 76—79. Haec Pythagoreorum fragmenta cum aliis opusculis coniunxit *Gale* a. 1671 *ib.* s. tit.: Opuscula mythologica., ethica et physica, graece et latine. qua de causa Archytae ut a. 1671 edita quoque citantur. Iterata sunt opuscula mythologica *etc.* Amstelaedami, apud Henricum Wetstenium 1688, 8 mai.. ubi Archytae fragmenta, etiam inter Pythagoreorum fragmenta quaedam, superiore ordine habentur p. 673—681, 695—697, 697, 701, 702, 732—734.

2 b) mathematica.

1557, 8. *Ex του περι μαθηματικης Αρχυτα του πυθαγορειου.* Edid. H. Stephanns. —— Cum Aristotelis et Theophrasti scriptis quibusdam.

1707, 4. Archytae Fragmentum e libro *περι της μαθηματικης,* cum disquisitione Chronologica de aetate Archytae. —— In *I. Grammii* Spec. II. cogitationum ad loca SS. antiq. *Hfn.*

II. *Editiones versionum.*

1822, 8. Political Fragments of Archytas, Charondas, Zaleucus, and other

ancient Pythagoreans, and Ethical Fragments of Hierocles, translated from the Greek, by Thomas Taylor. Lond. —— 6 *sh.*

III. *Illustrantia Archytam scripta.*

C. G. ***Bardili:*** Disquisitio de Archyta Tarentino. —— In Novis actis societatis lat. Jenens. (Lps., 1806, 8.) Vol. I. p. 1—16. Conf. quoque eiusd. librum inscr. *Epochen* etc. T. I. Anhang.

Jac. ***Brucker:*** De Archyta. —— In eiusd. Historia crit. philosophiae, T. I. p. 1128 — 1131. *V.* quoque eiusd. Fragen aus der philosophischen Historie, T. II. p. 242 sqq.

Vinc. ***Contarenus:*** De mutuis Archytae ac Platonis epistolis apud Diogenem Laertium. —— In eius Variarum lectionum libro. (Vt., ap. I. Bpt. Ciottium, 1606, 4. 129 *pp.;* Trj. ad Rh., 1754, 8.) cap. IX. p. 43 sqq.

Arn. Herm. L. ***Heeren:*** De Archyta Tarentino, philosopho pythagorico. —— *V.* eiusdem Commentationem de fontibus Eclogarum Ioannis *Stobaei*, in Volumine II. Ioannis Stobaei Eclogarum, p. 172 sq.

Adr. ***Heringa:*** Archytas Pythagoreus corrigitur. —— *V.* eiusdem Observationum criticarum librum singularem. (Leovardiae, Coulon. 1749, 8.) p. 152.

F. ***Jacobs:*** Archytae Fragmenta ab Ioanne Stobaeo servata emendantur. —— In eiusdem Epistola crit. in Ioannis *Stobaei* Eclogas, suffixa Voluminì II. Ioannis Stobaei Eclogarum, p. 225, p. 235 sq.

— —: Archytae fragmenta corriguntur. —— In eiusdem Lectionibus Stobens. (Jn., Frommann. 1827, 8.) p. 43 sq., p. 141, p. 149 sq.

J. G. ***Mentz:*** Archytas, Tarentinus. Diss. hist. - mathematica. ***Progr.*** Jn., 1683, 4. —— 34 pp.

Jos. ***Navarra:*** Tentamen de Archytae Tarentini vita atque operibus. Hfn., Reitzel. 1820, 4. —— 66 pp. 9 *Gr.* Ex fontibus, quae nobis de Archytae vita, fatis, indole, eximiis rebus gestis, meritis in tractanda philosophia, et theoria artis musices, inprimisque in excolendis mathematicis artibus fluxerunt, saepe sine acri iudicio hausit; totum autem opus non est contemnendum.

Nic. Thdr. ***Reimer:*** Archytas, eiusque solutio problematis cubi duplicationis. —— In eiusd. Historia problematis de cubi duplicatione, *etc.* (Gtt., 1798, 8.) p. 48 sqq. Primus memoratam solutionem tentavit, confecitque, ut ex fragmento, quod nobis *Eutocius* Ascalonita servavit, apparet.

ARCTINUS.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 9.

Bm. ***Corsini:*** De Arctino. —— In eiusd. Fastis Atticis (Flr., 1744, 4) Vol. IV. p. 3.

Wilh. ***Müller:*** De Arctino. —— *V.* in eiusd. Diss. De cyclo Graecorum epico et poetis cyclicis. (Lps., Lehnhold. 1829, 8.)

Gregor. Gu. ***Nitz:*** Arctini Ilii Persis et Leschis Ilias parva inter se comparantur. Ille meliore usus est compositione. Arctini Aethiopis carmen Iliadi multis locis simile; idem ceteris quae cyclicorum vocantur praestantius. —— In eiusd. Diss. De Aristotele contra Wolfianos *etc.* (Kl., Mohr. 1831, 4) p. 57 sqq., 63 sqq.

S. L. ***Plehn:*** De Arctino poeta. —— In eiusd. Lesbiacorum libro. (Brl., Nicolai, 1826, 8) p. 132—138.

ARETAEUS.

Fabr. B. Gr. T. III. p. 100 ; *ed. n.* T. IV. p. 703 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *omnia opera.*

1554, 8. *Ἀρεταιου Καππαδοκιου περι αἰτιων και σημειων ὀξεων και χρονιων παθων, βιβλ. δ΄. Ὀξεων και χρονιων νουσων θεραπευτικα βιβλ. δ΄.* Aretaei Cappadocis de acutorum ac diuturnorum morborum causis et signis lib. IV. De acutorum ac diuturnorum curatione lib. IV. Ex bibliotheca regia. Parisiis, apud Andream Turnebum, typographum regium, MDLIV. —— Praefixa est epistola editoris *Jac. Goupyli* ad *Oddonem Castillionem;* contextus graecus complectitur 195 pp., quas in 3 *ff.* sequuntur: *αἱ διαφοροι γραφαι και σφαλματων τινων ἐπανορθωσεις;* variae lectiones ex Mss. codicibus cum coniecturis aliquot. Coniecturae propositae a *Goupylo* multum valent, qui ceterum maximam diligentiam in editione adcuranda impendit. Saepissime quoque cum editione Paris. *Rufi Ephesii* coniunctus occurrit *Aretaeus.*

1603, — (***tit. nov.***) 1627, f. *Ἀρεταιου Καππαδοκος ἰατρικα.* Aetiologica, Semeiotica et Therapeutica morborum acutorum et diuturnorum Aretaei Cappado-

cis. Graece et latine coniunctim edita tribus mss. codicibus, Veneto, Bauarico, Augustano collatis. Cum commentario, quo obscura doctrina de nominibus et parte adfecta morborum singulorum cum suis signis perspicua methodo illustratur, Autore Georgio Henischio B. medico Augustano. Augustae Vindelicorum, sumtibus Georgii Willeri apud Dauidem Francum. MDCIII. — Prioris editionis menda novis aucta sunt in hac et illa priore repetita editione. Versio latina est *Crassi*. Commentario, quem *Heinischius* confecit, multa aliena sunt inserta, omniumque in titulo commemoratorum codicum revera codice Augustano tantummodo usus est, cuius etiam, utut editionis principis, non satis diligenter collectae variae lectiones exhibentur. Ceterum nitide impressa editio.

1723, f. mai. *Αρεταιου Καππαδοκιου, περι αιτιων και σημειων οξεων και χρονιων παθων, Βιβλια τεσσαρα. περι θεραπειας οξεων και χρονιων παθων βιβλια τεσσαρα.* Aretaei Cappadocis de causis et signis acutorum et diuturnorum morborum libri quatuor. De curatione acutorum et Diuturnorum Morborum, libri Quatuor. Cum Mss. duobus, Harleyano, et Vaticano, contulit: novamque versionem dedit, Johannes Wigan A. M. Aedis Christi alumnus. Accedit Praefatio: Dissertationes in Aretaeum: Variae Lectiones: Notae, et Emendationes: Tractatus de Ionicâ Aretaei Dialecto: quodque difficiliores huius Authoris voces exponit, Lexicon. Oxoniae, e typographeo Clarendoniano, MDCCXXIII. — XXXIV, 1 *f.*, p. 1—151 contextus, tum 8 *ff.* varias lectiones continentia, et 10 *ff.*: Notae in varias lectiones, emendationes et coniecturae, 3 *ff.*: De Aretaei Dialecto Commentariolus; 28 *ff.* Indices; p. 1—168 versio latina, et 7 *ff.* index latinus. Suadente *Ioanne Freind* hanc locupletissimam, et splendidam et correcte impressam editionem edidit *I. Wigan*, substrata illa a. 1554. Ad contextum emendandum, praeter quas lectiones variantes *I. Alb. Fabricius* et *Mich. Maittaire* cum editore communicaverunt, codice msto Harleiano, illoque Vaticano diligenter usus est *Wigan*, qui novam quoque et laudabilem versionem latinam adposuit. Quae in titulo est commemorata dissertatio *de Ionica Aretaei Dialecto*, composuit *Mich. Maittaire*. Exemplaria, quorum nonnulla in ch. m., raro et magno pretio occurrunt. Tantummodo 300 exemplaria typis sunt excusa. Bibl. acad. et sen. Lips.

1731, f. *Αρεταιου Καππαδοκιου περι αιτιων και σημειων οξεων και χρονιων παθων, βιβλια τεσσαρα. περι θεραπειας οξεων και χρονιων παθων, βιβλια τεσσαρα.* Aretaei Cappadocis de Causis et Signis acutorum et diuturnorum morborum Libri quatuor. De Curatione acutorum, et Diuturnorum morborum libri quatuor Cum Commentariis integris Petri Petiti, medici Parisiensis, atque clarissimi Joannis Wiggani doctis et laboriosis notis et celeberrimi Maittairii opusculis in eundem, tandemque eruditissimi atque celebratissimi Danielis Wilhelmi Trilleri Observationibus et Emendatis. Editionem curavit Hermannus Boerhave. Lugduni Batavorum, apud Janssonis van der Aa, MD.CCXXXI. — 4 *ff.*, 26, 604 pp. et versio latina iam a. 1719 typis excusa erant. *Goupyli* recensio, adiecta Crassi versione latina, exhibita ex *H. Stephani* Principibus artis medicae. Inter textui subiectas adnotationes etiam Scaligeri (circa 50) emendationes reperiuntur, quae editionis a. 1603 margini adscriptae erant, quodque exemplar nunc in bibl. Lugdun. adservatur. Praeterea quod haec editio omnia editionis prioris complectitur, adiecto insuper a *Pellerino* confecto Indice rerum medicarum, in Aretaeo notabilium, hic *Petiti* commentarius primum integer prodiit. Exemplaria in ch. m. praecipue in pretio habentur. Bibl. acad. et sen. Lips. *V.* 1735.

1735, f. — Tantum titulus prioris editionis mutatus est, adiecto insuper privilegio, ita ut hic 5 *ff.* plus habentur. Bibl. acad. Lips.

1828, 8. *ΑΡΕΤΑΙΟΥ Καππαδοκιου άπαντα.* ARETAEI Cappadocis opera omnia. Editionem curavit C. Glo. Kühn. Lps., prostat ap. Cnobloch. — LXXXII, 362 pp. 5 *Th.* Contextus graecus ut illi subiecta versio latina, praefixis *Boerhavii* et *Wigani* praefationibus, ex editione a. 1723 sunt desumpti, una cum *Wigani* dissertatione De Aretaei aetate, secta, in rebus anatom. scientia et curandi ratione. Quod tamen dolendum est, illa subsidia, quibus potuerit uti ad contextum emendandum, non adhibuit editor; *v.* censuram in *Piererii* Annal. 1828, m. Aug. p. 1041 sqq. Pertinet ad collectionem Medicorum graecorum. Commentarium *v.* infra indicatum.

Bb) *Delectus.*

1790, 4. Aretaeus de Pulmonum inflammatione, contextum graecum ad-

iecta versione latina edidit, Emendationes et commentarium adiunxit C. Weigel. Sectio prior. Lps. —— 4 ff. XXXV pp.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

1552, 4. Aretaei Cappadocis libri septem nunc primum e tenebris eruti a Jun. Paulo Crasso, Patavio accurate in latinum sermonem versi. Ruffi Ephesii de corporis humani appellationibus libri tres ab eodem Jun. Paulo Crasso latinitate donati. Venetiis, apud Juntas, MDLII. —— Ad vitiosum et mancum codicem mstum conversa, qua de causa in lib. V. desunt quinque capita. Integram versionem habent seqq. editiones. *V.* 1700.

1554, 12. Aretaei Cappadocis medici Libri IIX. Rvfi Ephesii de hominis partibus libri III, Junio Paulo Crasso Patauino interprete. Accessere quae Crassus non vertit Aretaei aliquot capita. Rvfi liber de Vesicae ac renum affectibus. Eiusdem de Medicamentis purgantibus. Adnotationes locorum, in quibus ab interprete Graeca discrepant, auctore G. M. T. Parisiis, apud Guil. Morelium, M. D. LIIII. —— Ex tribus collatis codd. multa restituit et castigavit; de quibus ambigebat, asterico notavit editor. *V.* 1555.

1555, 4. — ex vers. lat. Junii Pauli Crassi, curis secundis recognita. Venetiis. —— ?

1567, f. — latine, Iunio Paulo Crasso interprete. —— Inter Medicae artis Principes, ab H. Stephano editas. Rep. 1581. *V.* antea *I. Aa)* 1731.

1581, 4. — eodem interprete. —— Inter Medicos antiquos Graec. *Bs.*

1700, 8. Aretaei libri septem in lat. sermonem conversi a Iunio Paulo Crasso. Patavii. —— Ex editione illa a. 1552.

1768, 6. Aretaei Cappadocis medici libri septem, accuratissime in latinum sermonem versi et ad Boerhavianam editionem expressi. Arg. —— 14 *Gr.*

1772, 8. —— Inter *Halleri* Principes artis medicae. Lausannae. Rep. 1786.

1785, 8. — de causis et insignis acutorum et diuturnorum morborum libri IV, *etc.* a J. P. Crasso in latinum sermonem versi. Arg., König. —— 14 *Gr.*

1786 (*nec* 1787), 8. Aretaei Cappadocis de causis et signis acutorum et diuturnorum libri IV. De curatione acutorum et diuturnorum libri IV. ad editionem I. Wiggani recudi curavit et praefatus est Alb. de Haller. Lausannae, Pott. —— Ex editione a. 1772 expressa.

1790, 8. Aretaei Cappadocis de causis et signis acutorum et diuturnorum morborum libri IV. Vindobonae, de Kurzbeck (*nunc* Heubner). —— 56, 506 pp. 1 *Th.* 8 *Gr.* Foedatissime erratis typographicis est inquinata haec *Wiggani* versionis repetitio.

B. germanicarum.

1) de causis et signis acutorum et diuturnorum morborum.

1790, 8. Aretaeus des Kappadociers von d. Ursachen u. Kennzeichen rascher und langwieriger Krankheiten, Vier Bücher. Aus d. Griech. mit beigefügten Anmerkk. übers. von F. O. Dewez. Wien, Wappler. —— 346 pp., 3 ff. 1 *Th.* Titulus est mutatus a. 1803, *ib. Heubner.*

2) de curatione acutorum et diuturnorum morborum.

1802, 8. Aretaeus Heilart der raschen u. langwierigen Krankheiten, 4 Bücher. Aus d. Griech. mit beigefügten Anmerkk. übers. von F. O. Dewez. Wien, Camesina. —— 1 *Th.* Titulus est a. 1803, *ib.*, *Beck* mutatus.

C. anglicarum.

1786, 8. Aretaeus, consisting of eight books on the causes, symptoms and cure of acute and chronic Diseases, translated from the Original Greek. By J. Moffatt. Ld., Richardson. —— 5 *sh.* Accurate sensum contextus graeci exprimit, ut in *CR.*, 1786, m. Apr. no. 3 indicatur.

III. *Illustrantia Aretaeum scripta.*

( ) Commentary on the Description of Ardent Fever given by Aretaeus. —— In *Class. Jour.* no. XL. p. 242 — 247 no. XLI. p. 57 — 62.

E. Gf. *Baldinger*: Progr. De venae cavae acuto morbo in Aretaei lib. II. cap. 8. Jn., 1771, 4. —— Rep. in *Gruneri* Dissertationibus Jenens., Vol. I. p. 209 sqq.

— —: Progr. Praefatio docet: Aretaei ἆσθμα πνευματῶδες veteribus non esse ignotum. Jn., in off. Helleri. (1772,) 4. —— 12 pp.

Bernard: Aretaei loca nonnulla, tentata, correcta atque explicata. —— In *Reiskii* Leben, von ihm selbst aufgesetzt. (Lpz., Sommer. 1783, 8) p. 265. 268 sq., 275. 278. 281 sq., 291. 295 *etc.*

Alb. *de Haller:* De Aretaeo. —— In eiusd. Bibl. Chirurg., T. I. p. 64 sq., et Bibl. Anatom. p. 70.

C. Glo. *Kühn:* Epistola De dubia Aretaei aetate constituenda novaeque editionis eius specimen. Lps., 1779, 4. —— Auctius iterata est in editione Aretaei, 1828, et in *C. Glo. Kühnii* Opusculis academicis. (Lps., Hinrichs. 1827, 8) Vol. I. p. 13—46.

K. F. *Lutheritz:* Aretaeus und Coelius Aurelius Systeme der Medicin dargestellt. Drsd., 1818, 8. —— 1 *Th.* 4 *Gr.*

I. C. *Osterhausen:* De Aretaeo, medicorum pneumaticorum sectae accensendo medico. —— In eiusd. Diss. exhibente historiam sectae medicorum pneumaticorum. (Alt., 1791, 8) p. 33 sqq.

Pt. *Petiti* Commentarii in tres priores Aretaei Cappadocis libros. (*Edid. Mich. Maittaire.*) Londini, Bowyer. 1726, 4. —— Iam a. 1662 hi commentarii, in quibus potius de philologicis quam de medicinae artis rebus agitur, erant confecti, quorumque pars hic primum prodiit, integri vero in editione Aretaei a. 1731 in publicum prodierunt.

Dn. Gu. *Trilleri* Coniecturae et emendationes in Aretaeum. —— *V.* in Actis Eruditorum Lips., 1728, p. 101 sq.

J. E. Imm. *Walch:* De morbis veterum obscuris. — De venae cavae acuto morbo apud Aretaeum. —— In eiusdem Antiquitatibus selectis. (Jn., 1772, 8) no. VIII. et no. IX.

ARETE.

Fabr. B. Gr. T. II. p. 817; *ed. n.* T. II. p. 702; et T. III. p. 615.

I. G. *Eccius:* De Arete, Philosopha disserit, et Lectiones suas indicit. Lps., litt. Breitkopfii. (1776,) 4. —— 8 pp. *Arete* est filia Aristippi maioris, principisque scholae cyrenaicae, cui quoque in schola philosophorum Cyrenaicorum successit. Ipsa filium Aristippum iuniorem in philosophia instituit, qua de causa ille *μετροδίδακτος* est appellatus.

I. Ch. *Wolf:* De Arete, Aristippi maioris filia. —— In eiusdem Catalogo foeminarum olim illustrium, s. v. Arete, p. 283 sqq. Subiunctus est hic Catalogus Mulierum graecarum, quae Oratione prosa usae sunt, frgamentis et elogiis. Ld., 1739, 4.

ARION.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 574 et p. 668; *ed. n.* T. II. p. 110 sq., et p. 286.

I. *Editiones textus.*

1723, f. Arionis hymnus in Neptunum et inscriptio donarii, quod poeta propter salutem recuperatam Taenarii Deo concecrasse fertur. Edidit atque illustravit Hermannus von der Hardt. —— In Aenigmatibus prisci orbis. (Hlmst., 1723, f.) p. 532 sqq.

1776, 8. Arionis hymnus, graece. —— In *Brunckii* Analectis, T. III. p. 327.

1795, 8. —— In *Jacobsii* Anthologia, T. I. p. 48 sq.

1806, 8. Arionis paean, Graece. —— Cum Cebetis tabula. Edid. I. Schweighaeuser.

II. *Illustrantia Arionem scripta.*

( ) De Arione, eiusque carmine Monostrophico (*Aelian. H. A. XII.* 45.) —— *V.* in *Class. Jour.* no. XLVIII. p. 367 sq. Hymnum Arioni abiudicat, et saeculo recentiori confectum esse iudicat, attamen emendationes ad eum profert.

Rud. *Lorentz:* Arionis fabula. —— *V.* eiusdem Dissertationem inscr. De Origine veterum Tarentinorum. (Brl., 1827, 8 mai.) p. 11—21.

C. Otf. *Müller:* Ueber Arion. —— *V.* eiusdem librum inscr. *Die Dorier.* (Brsl., 1824, 8. *Voll. II.*) T. II. p. 367 sqq.

S. L. *Plehn:* De Arione. —— In eiusdem *Lesbiacorum libro.* (Brl., Nicolai. 1826, 8 mai) p. 165 sqq. Conf. *Iahnii* Annal. 1826, I. 2. p. 399 sqq.; ephem. litt. Lips. 1827, p. 111.

F. *Snedorf:* Arion Methymnaeus. —— In eiusdem libro De Hymnis veterum graecorum. (Hfn., ap. Proftium. 1786, 8) p. 35 sq.

Roman. *de Tinkowsky:* De Arione Methymnaeo notitia. —— In eiusdem Commentatione de Dithyrambis, *etc.* (Mosquae, 1806, 8) p. 33. Et in Actis seminarii philol. Lips. (Lps.) Vol. I. p. 204 sqq.

ARIPHRON.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 574; *ed. n.* T. II. p. 111.

I. *Editiones textus.*

1583, 8. Ariphronis Paean. —— In calce p. 46 Demetrii *Phalerei*, edid. J. Caselius.

1607, 8. —— Edid. Dn. Heinsius in Notis ad Maximum *Tyrium*. LB.

1615, 4. Orphei & *Ariphronis* Sicyonii hymni in Aesculapium & Sanitatem, Graece; cum Latinâ metricâ Jos. Scaligeri & Fed. Morelli interpretatione. Paris., ex Typograph. Joann. Libert, viâ D. Joannis Lateranensis, è regione collegii regii. —— *Maittaire* in Annal. T. III. p. 867.

1722, 4 mai. Ariphronis Paean seu scolion in sanitatem. Edid. Mich. Maittaire. —— Inter Miscellan. aliquot scriptorum carmina. (Ld.) no. 3.

1772, 8. —— In *Brunckii* Analectis, T. I. p. 159.

1786, 32 et 16. —— Inter Lyricorum Reliquias, ad calcem Anacreontis editionum *Brunckii*. *V. ib.* Rep. 1811.

1788, 8. Ariphron's Paean, griech., deutsch und begl. m. Anmerkk. von H. Heimart Cludius. —— In eiusd. Diss. inscripta: Etwas von den Scolien der Griechen, inserta in Bibliothek d. alt. Litt. u. K., P. III. p. 50 sqq.

1794, 8. —— In *Jacobsii* editione Anthologiae, T. I. p. 92.

1798, 8 min. Ariphronis Sicyonii Scolion, *graece* cum duplici versione Maittaerii, et illa Morelli, et cum notis. —— Inter *Σκολια* hoc est Carmina Convivalia Graecorum, quae edid. C. Dv. Ilgen. (Jn., Croeker) p. 120 sqq.

1811, 12. —— Inter Lyricorum Reliquias, adiectas Anacreontis editioni. Lps., Tauchnitz. Rep. 1826 et 1829.

1824, 8. Ariphronis Hymnus, cum notis G. B(*urgessii*). —— In *Class. Jour.* no. XLVIII. p. 368 sqq.

1826, — 1829, 12. —— *V.* 1811.

1831, 8. Ariphronis Sicyonii in Hygieam paean. *Graece*, edidit Herm. Kolster. —— *V.* eiusdem Dissertationem: De cantilenis popularibus veterum Graecorum. (Brl., typis G. Reimeri.) p. 68 sqq.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

1544, f. Ariphronis Paean Latina metaphrasi iambica donavit Caelius Calcagnini. —— In eiusd. Operibus. (Bs.) p. 425. Et in T. I. Deliciis poetarum Italorum, p. 546.

B. germanicarum.

1782, 8. Hymnus an die Göttin der Gesundheit, übers. v. Ch. von Stolberg. —— In eiusd.: Gedichte a. d. Griech. (Hmb.) p. 309. Iam ante verterat hymnum *Martin Opitius* (germanice *Opitz*), Silesius, et est inter eius Odas, oda X.

1796, 8. Hymnus an die Göttin der Gesundheit, übers. von I. G. Herder. —— In eiusdem Zerstreute Blätter, Collectio II. p. 200.

1800, 8. Arifron der Sükioner. An Hügieia. Uebers. von v. Seckendorf. —— In eiusd. Blüthen griechischer Dichtkunst, p. 182. Omnium durissima versio.

1826, 8. Ariphron von Sicyon; Päan auf die Hygieia übs. v. K. Zell. —— *V.* eiusd. Ferienschriften, (Freiburg, Wagner.) Collect. I.

III. *Illustrantia Ariphronem scripta.*

C. Dv. *Illgen*: Ariphronis carmen *εἰς Ὑγιειαν* paean sit, an scolion. —— De hac re disserit in Disquisitione adiecta supra I. 1798 l. libro, p. CLXXXIV. CXCII.

ARISTAENETUS.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 426 sqq.; *ed. n.* T. I. p. 695 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *integrae.*

1566, 4 mai. *ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ Ερωτικαι. Τινα των παλαιων Ηρωων Επιταφια.* E Bibliotheca C. V. Joan. Sambuci. Antverpiae, Ex officina Christophori Plantini. M.D.LXVI. —— 95 pp. Tantummodo contextum graecum continet, praeter p. 3 sq. exhibitam praefationem. Ex vitioso codice msto accurate expressa editio princeps, et bella. 1 *Th.* 4 *Gr.*

1595 (*nec* 1594 *nec* 1596), 8. *ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.* ARISTAENETI EPISTOLAE GRAECE. Cum Latina interpretatione et Notis (*Josiae Merceri*). Parisiis. —— Dorvillii iudicium, in Obss. Miscell. Vol. I. T. III. p. 391 prolatum, est hoc: „*Merceri* est elegantissima Latina versio omnium, quae unquam in lucem editae sunt", cuius tamen iudicium alius in nota ad illum locum improbat, quia *Mercerus* non pauca vocabula malae notae adhibet: *iuramentum, ab invicem* etc. et sine necessitate Plautina et Apuleiana consectatur. Rarior priore occurrit. Rep. 1600 sqq.

1600, 8. — Secunda editio emendatior et auctior. Parisiis. —— Ex priore repetita. *V.* 1610.

1610, 8. *ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.* ARISTAENETI EPISTO-

LAE. Cum Latina interpretatione et Notis. Tertia editio emendatior et auctior. PARISIIS, Apud Marcvm Orry, via Iacobaea, sub insigni Leonis salientis. M.DC.X. Cum privilegio Regis. —— 4 *ff.* praefixa, p. 1—203 contextus graecus cum interpretatione, p. 205—295: Ad Aristaenetum Notae. *V.* 1600, et rep. 1639.

1639, 8. *ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.* ARISTAENETI EPISTOLAE GRAECE. Cum Latina interpretatione et Notis. Quarta editio emendatior et auctior. PARISIIS, Sumptibus SIMONIS PIGET, viâ diui Jacobi, ad insigne Fontis. M.DC.XXXIX. —— Huic titulo praefixus est alius: ARISTAENETI EPISTOLAE GRAECO-LAT. 4 *ff.* praefixa, p. 1—203 contextus cum versione latina, p. 205—295: Ad Aristaenetum Notae. *V.* 1639.

1736 (*tit. n.* 1737), 8 min. Aristaeneti epistolae Graecae cum versione latina et Notis Iosiae Merceri, curante Ioan. Cornelio de Pauw, cujus Notae accedunt. Trajecti ad Rhenum, apud Hermannum Bessling, MDCCXXXVII. —— 12 *ff.* praefixa, 287 pp. 1 *Th.* 12 *Gr.* Gravem censuram, in qua *Pauvii* plagia impudentissima indicantur, edidit *D'Orvillius* in sua Vanno critica, p. 595 sqq., ubi p. 596 dicit: „Scias Lector, penes me esse Aristaeneti Editionem illam quartam, in quam *Jacobus Tollius* nonnullas emendationes, plurimas autem adnotationes contulit: in quibus loca quoque a viris eruditis, Salmasio, Rutgersio, Cantero, Barthio emendata iam omnia haec loca Pavus, ne uno excepto, in sua editione exhibuit.“ Aliam crisin conscripsit *Hauptmann* inseruitque Actis Eruditorum Lips. 1738, m. Ian. p. 22 sqq. *F. Jac. Bast.* in Specimine suo (v. infra Bb.) p. 9, not. 3: „Cel. *Joanni Cornelio de Pauw* nihil, *inquit*, de fama meritisque in aliis rebus detraho; id tamen profiteri cogor, inter cunctas viri huius in Aristaenetum adnotationes, lectoribus summo supercilio obtrusas, vix decem vel duodecim esse, quae probandae sint editori novo; dummodo illas excipias, in quibus Jac. Tollium aliosque viros doctos clandestina fraude exscripsit.“

1749, 8. *Aristaeneti*, ex Bithynia rhetoris et *Libanii* familiaris, Epistolae amatoriae, cum emendationibus ac coniecturis Jos. Merceri, J. Corn. de Pauw *etc.*, nec non ineditis antehac Jac. Tollii, J. Ph. d'Orvillii, L. C. Valckenarii et aliorum. Cura F. L. Abresch, qui suas lectiones adiecit. Zwollae, Royaards. —— 1 *Th.* 14 *Gr.* In iam memorato specimine p. 9 sqq. de hac ut omnino de prioribus editionibus *Bast.* haec iudicavit. „Praeter haec, *inquit*, etsi virorum eruditissimorum *Iosiae Merceri* et *Frid. Ludov. Abreschii* in interpretando et commentando Aristaeneto maxima sunt merita, nulla tamen hucusque scriptoris exstat editio, quae nostrorum hominum desideriis satisfaciat. Nam si quis Mercero-Pauwiana editione utitur, deerunt ipsi copiosissimae magnaque ex parte utilissimae Abreschii et aliorum DD. VV. adnotationes; sin textu Abreschiano cum Lectionibus, elegantem desiderabit Merceri interpretationem Latinam et eiusdem viri egregias animadversiones. Deinde Mercerus in ipso contextu nihil mutavit, et quicunque Graece legere cupit Aristaenetum, id propter corruptissimam orationem in editione Pauwiana omnino facere nequit; contra Lectiones Abreschianae cum praemisso contextu Graeco vix editionis nomine insigniri possunt. Scripserat vir doctus Lectiones Aristaeneteas, in quibus more suo ex adversariis cuncta, ad alios quoque scriptores pertinentia adcumulaverat, quae data quadam occasione in medium proferri poterant; quum amici hortarentur, ut Lectionibus comitem daret ipsum Aristaenetum, adiectis priorum editorum coniecturis atque emendationibus. Qua ratione adhibita, quid opere Abreschiano incommodius, quum de loco quodam virorum doctorum dicta experturo, librum aegre volvendo ac revolvendo, sex diversis locis quaerere opus sit, propter molestissimam Addendorum, Corrigendorum, Inserendorum congeriem, cuius forte, excepta Bronckii editione Aristophanis, in omnibus libris Graecis nullum exstat exemplum. Habes enim primum notulas textui Graeco subiectas, cum Addendis a pag. 114 usque ad pag. 150. Deinde ipsas *Lectiones (v.* infra), quibus iterum adnexa sunt Corrigenda et Inserenda a pag. 325 usque ad pag. 350. Postremo a. 1752 singularis prodiit libellus *etc.*, et libellus iste itidem Addenda sua habet p. 53 et 54. — Missis vero omnibus hisce priorum editionum incommodis, etiam post diligentissimi Abreschii curam, plurima in Aristaeneto supersunt loca male adfecta, id quod bene vidit acutus *Pierson*, saepius quoque vindicari debet vulgata lectio, nam in vitiosissimo auctore omnia mutare et pro libidine corrigere voluerunt viri docti; maxime vero explicanda est Graecitas scriptoris interdum perquam obscuri, etsi de reliquo non invenusti, vel, ut cum sagacissimo Ruhnkenio (Xenoph. Mem.

Socr. II. 1, 22) de Sophista meo statuam, *centonum sutoris satis lepidi.*"

1803, 8. *Ἀριστιαινετου ἐπιστολαι τανυν ἑλληνιστι μονον ἐκδιδονται. Δια φιλοτιμου δαπανης και προτροπης των τιμιωτατων πραγματευτων ΚΡ. ΤΡ. ΖΚ. και ΠΣ. Μεθ' ὁσης οἱον τε ἐπιμελειας διορθωθεισαι. Ἐν Βιεννη.* —— 1 *Th. Polyzois Kontous* non satis paratus novam hanc ad codicem Viennensem recensionem constituendam sibi proposuit, ut ex accurate instituta huius editionis censura Bastii, quam *F. Jac. Bast* suae Epistolae criticae, (gallice scripta p. 209—232) p. 251—274 inseruit, satis apparet. Ibidem editoris quoque coniecturas, quas saepissime sine causa in contextum recepit, acriter examinat, denique edicit haec „Ex hac recensione facile videbis, multum abesse, ut *Polyzois* omnes codicis Viennensis varias norit lectiones, earumque iusta lance ponderet pretium. Verba editionis suae composuit correctionibus antecessorum ductus, dum eligebat eas, quae maxime placebant, atque cum delectum notis criticis haud probaverit, saepius est difficile, rationes, quibus movebatur, eruere." Perperam quoque editor *Polyzois Kontous* in graece conscripta praefatione animadvertit, a se primo contextum graecum „*ἀνευ τινος μεταφρασεως, ἠ σχολειων και σημειωσεων λατινικων*" editum esse, ideoque editionem principem non nosse videtur. *Bastius* quoque *ib.* p. 269 sqq. nonnulla anecdota Aristaeneti edidit.

1822, 8. *ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΟΣ.* Aristaeneti Epistolae. Ad fidem Cod. Vindob. recensuit, Mercerii, Pauwii, Abreschii, Huetii, Lambecii, Bastii, aliorum, notis suisque instruxit I. Fr. Boissonade. Lutetiae, apud de Bure, fratres. —— xvi, 760 pp. 4 *Th. Boissonade* apparatum, quem sibi *Bastius* congessit, ex bibl. Oxoniensi in suum usum convertendum accepit. *Bastius* diligentissime codicem Vindobonensem, ad cuius meliores varias lectiones haec nova recensio est facta, denuo contulit: *Lambecii* amplum, nec multa bonae frugis continentem commentarium, qui in bibl. Vindob. adservatur, ipse descripsit; *Huetii* ineditas, exemplari editionis Mercerianae adscriptas, notas sibi adnotavit, multaque alia collegit, de quibus omnibus autem *Boissonade* illud iniquum iudicium in praefatione edixit: „pro thesauro carbones inveni, collectanea tantum nec ea magni adeo momenti, nihil absoluti, nisi in epistolas XXV. et XXVIII. libri priores commentarium, sed historica illa, nec utili aut commoda methodo concinnatum, qua specimen, et nonnullarum aliarum versionem, qua abstinere satius duxi, Mercero contentus interprete, etsi non usquequaque fido." Ex variorum interpretum notis tantummodo selectum exhibuit *Boissonade*, cui suas adnotationes inseruit, et leguntur omnes a p. 200 usque ad p. 745. Agmen claudit index duplex.

Bb) *Delectus epistolarum.*

1710, 8 mai. *Ἀριστιαινετου ἐπιστολαι*, graece. —— In *Patusae* Encyclopaedia philologica. (Vt.) T. I. p. 195 sqq.

1781, 8. Aristaeneti Epistolae nonnullae, cum animadversionibus. Edid. Gli. Ch. Harless. —— In eiusdem Anthologia graeca prosaica. Nbr.

1796, 8. Specimen editionis novae epistolarum Aristaeneti (*exhibens Lib. I. epist.* 6 *et* 7). Accedunt Joannis Bapt. Bolla Jambi Graeci in pantomimam Vigano. Cura Frid. Iac. Bast. Vindobonae, apud A. Blumauer. cIↄIↄcclxxxxvi. —— 46 pp., et 1 *f.* poema *I. Baptistae Bolla*, gr. et lat. continens. Hic specimen novae illarum epistolarum recensionis ad iam supra memoratum codicem Vindob. constitutae, cum nova *Bastii* versione latina copiosoque commentario exhibetur.

II. *Editiones versionum.*

A. germanicae.

Aa) *integra collectio.*

1770, 8. Briefe des Aristaenet. Aus d. Griech. übers. von I. F. Herel. Altb., Richter. —— 12 *Gr.*

Bb) *delectus epistolarum.*

1710, 8. Die flüchtige Schönheit, und Schönheit, u. Liebe, a. d. Aristaeneti griech. Episteln v. Philander von der Linde. —— In eiusdem: Galante Gedichte. (Lpz.) p. 47 sq. Versio est metrice expressa.

1745, 8. Der vier u. zwanzigste Brief des ersten Buches. —— In Bremische Beiträge, Vol. II. P. 3.

B. gallicarum.

AA. Versiones.

Aa) *integrae.*

1597, 12. Les epistres amoureuses d'Aristenet, tournées de grec en fran-

çois. Par Cyre Foucault Sieur de la Coudriere. Avec l'image du vray Amant. Discours tiré de Platon., A Poictiers, pour André Citoys, et Isaac Barraud, libraires iurez. —— Hanc rarissimam versionem *Bast* in Epist. crit. adhibuit critice.

1739, 12 min. Lettres d'Aristénète, auxquelles on a ajouté les lettres choisies *d'Alciphron*, traduites du Grec. à Londres, aux depens de la compagnie. —— Quamquam interpretem esse gnarissimum linguae Graecae apparet, tamen non prorsus versio laudatur.

Bb) *delectus epistolarum.*

1695, 12. Quelques lettres d'Aristénète, trad. (*par Le Sage*). —— Nimis libere versa. Rep. 1787 sq.

1752, 12. Lettres d'Aristénète, traduites en français (*par Morcau*). Cologne (*Paris*). —— Omnibus praeferenda versio.

1787 sqq., 12 min. Les Lettres d'Aristénète, traduction française (*par Le Sage*). —— In libro: *Manuel des Boudoirs.* Rep. 1794; *v.* 1695.

1794, 18. — par Le Sage. Nouvelle édition. Lille, chez le Houcq. —— Hac in iterata editione est nomen interpretis indicatum, ut annotat *Barbier* in: Dictionnaire des ouvrages anonymes et pseudonymes. (1806) p. I. p. 477 sqq.

BB. Imitationes.

1629, 8. Lettres politiques, morales et amoureuses, tirées des anciens par Marcassus. Paris. —— Rep. 1639.

1639, 8. Lettres politiques, morales et amoureuses de Marcassus, revues, corrigées et augmentées d'un tiers par l'auteur. NE. Paris, Chambellan. —— Rarior emendatiorque priore.

1797, 18. L'Aristénète françois. Par Félix Nogaret. Versailles, chez Deroy. Voll. II. —— Saepius repetita. Conf. ephem. litt. Jenens., 1798, no. 83, p. 677 sqq.

1807, 18. L'Aristénète françois, ou Recueil de folies amoureuses, par Félix Nogaret. Quatrième édition. Paris. *Voll. III.* —— 5 *fr.*

C. italicarum.

1701, 8. Epistole d'Aristeneto Scrittore amenissimo della Grecia, nelle quali si espongono soavissimi Colloquj d'Amanti: si descrivono bellissime Donne, e si narrano alcune Novelle amorose. Opera utilissima ai Poeti, ai Pittori, ed agli studiosi delle cose d'amore, tradotta dal Greco nell' Italiano idioma da Girolamo Baruffaldi.

1807, 8. Lettere amorose di Aristeneto, trad. dal greco da un academico fiorentino. Pisa. —— Est vol. I. in collectione inscr. Raccolta degli Erotici Greci, trad. in Italiano.

D. anglicarum.

Aa) *integra collectio.*

1715, 12. Aristaenetus's Epistles, translated from the Greek, by Thomas Brown. —— In eiusd. Works serious and comical, in Prose and Verse. The fourth edition. (Ld., printed for Sm. Briscoe.) Vol. I. p. 245—283.

1750, 8. Letters of Love and Gallantry, by Aristaenetus. Ld., printed for Bernard Lintot. —— 4 *sh.*

1771, 8. The Love Epistles of Aristaenetus. Translated from the Greek into English Metre (, *by Richard Brinsley Sheridan and Mr. Halhed*). —— 5 *sh.* Ad *William Th. Lowndes* in The bibliographer's Manual. (Ld., Pickering. 1828, 8) fasc. I. p. 62 illi memorati erant interpretes huius magni aestimatae versionis. Conf. Critical Review, 1771, m. Sept. p. 206 sqq.

Bb) *Delectus.*

1751, 8. Philopinax to Chromation, translated from the Greek of Aristaenetus. —— In The Gentleman's Magazine, 1751, m. Nov. p. 430.

III. *Illustrantia Aristaenetum scripta.*

( ) Animadversiones in Aristaenetum. —— In Miscellaneis Obss. Vol. I. T. III. p. 391—398.

( ) Remarks on Aristaenetus, epist. p. 82 ed. Pauw. —— In Class. Jour. XXIX. p. 599; rep. in *Seebodii* Bibl. crit. 1821, fasc. 3. p. 278 sq.

F. L. *Abresch:* Lectionum Aristaenetearum libri duo. Zwollae, Royaards. 1749, 8 min.

— —: Virorum aliquot eruditorum in Aristaeneti epistolas coniecturae communicatae cum editore novissimo, qui suas notas adiecit. Accedunt Claudii Salma-

sii, et Thom. Munkeri notae in Aristaenetum. Amst., apud Gerard. de Groot anno 1752, 12. —— Scripta duo pertinent ad illius editionem Aristaeneti.

E. H. *Barker:* Notes on Aristaenetus. — In Class. Jour. no. XXXII. p. 375 sqq.

F. Jac. *Bast:* Aristaenetus, emendatus ad exemplum codicis viennensis, explicatusve. —— In eiusd. Epistola crit. (Lps., Weidmann. 1809, 8) p. 113. 124. 135. 137. 143. 151. 152. 156. 166. 185. 219. 239. 249.

— —: Aristaenetus imitatur Alciphronem, Apollonium Rhodium, et Platonem. —— *Ib.* p. 259; 264; 135. 152. 263.

— —: Aristaeneti epistola inedita detecta a Polyzoe Kontou. —— Ib. p. 270 sq.

— —: Notae *Huetii* in hunc auctorem manuscriptae. —— *Ib.* p. 260. 266.

Adrian. *Heringa:* Aristaenetus reliquoties coniecturis tentatur. —— *V.* eiusdem Observationum criticarum librum singularem. (Leovardiae, Coulon. 1749, 8) p. 148 sqq.

F. *Jacobs:* Aristaenetus lib. II. ep. XIX. emendatur. —— In eiusdem Lectionibus Stobens. (Jn., Frommann. 1827, 8) p. 29.

Cl. *Salmasii* ac Th. *Munkeri* Notae et Ch. Sm. *Schurzfleischii* Notae Mss. in Aristaeneti epistolas. —— *V.* in *H. Lh. Schurzfleischii* Actis Litterariis. (Vtb., 1714, 8) p. 160 sqq.

Valckenarii Obss. in Aristaenetum. —— In eiusd. Opusculis philol., crit., oratoriis. (Lps., G. Fleischer. 1809, 8) T. II. p. 165 — 176. Ex *Abreschii* editione repetitae.

Steph. *Weston:* Aristaeneti ep. XIX. lib. II. emendatur. —— *V.* eiusdem *Hermesianactem.* (Ld., Nichols. 1784, 8) p. 77 sq?

Dn. *Wyttenbach.* —— *V.* s. v. Iulianus.

ARISTAEUS.

Nic. F. *Reimer:* De Aristaeo. Explicatur Aristotelis Analytic. Poster. Lib. I. cap. 7: ὅτι οἱ δυο κυβοι κυβος. —— *V.* eiusdem Historiam Problematis de Cubi Duplicatione *etc.* (Gtt., Dieterich. 1798, 8) p. 72 sqq., ubi de *Aristaeo* ipso leguntur haec: „Aristaeus quidem ex iniustae oblivionis tenebris, quibus fere penitus obrutus iacuit, in gratam posteritatis memoriam prae aliis vindicandus, quae tam bene a Menaechmo inchoata erant circa conicorum et locorum solidorum doctrinam, adhuc magis perfecisse et in severiorem disciplinae formam redacta tradidisse habendus est. Laudantur apud Pappum in praefatione libri VII. ipsius libri V. conicorum (quos postea inprimis secutus fuisse perhibetur *Euclides* in sua conicorum tractatione), quibus cohaerentes totidem locorum solidorum libros conscripsit. Aristaei loca solida ad nostri problematis solutionem a nonnullis adhibita fuisse, monet Pappus pag. 7; num autem Aristaeus ipse hac in re aliquid tentauerit, non constat."

ARISTARCHUS Alexandrinus.

Fabr. B. Gr. T. VII. p. 51; *ed. n.* T. I. p. 364 sqq.; p. 357 sq.

Ch. Laur. *Matthesii* disp. de Aristarcho Grammatico. Jn., 1725, 4. —— Docta disquisitio.

C. F. *Ranke:* De Aristarcho. —— *V.* eiusdem vitam Aristophanis, praefixam *Berh. Thierschii* editioni Aristophanis. 1830.

F. *Stoecker:* Nonnulla de Aristarcho Grammatico. —— *V.* eiusd. Dissertationem de Sophoclis et Aristophanis interpretibus (Hamm, Schulz. 1826, 4 mai.) p. 6 sq.

F. A. *Wolf:* De Aristarcho. —— *V.* eundem in Prolegomenis ad *Homerum:* §. xliv. p. ccxvi sqq.

ARISTARCHUS Samius.

Fabr. B. Gr. T. II. p. 89 sq.; *ed. n.* T. IV. p. 18 sqq.

I. *Editiones textus.*

1688, 8. *ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΥ ΣΑΜΙΟΥ Περι μεγεθων και ἀποστηματων Ηλιου και Σεληνης, ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΑΠΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ Του τε Συναγωγης ΒΙΒΛΙΟΥ Β'. Αποσπασμα.* ARISTARCHI SAMII De Magnitudinibus et Distantiis Solis et Lunae, LIBER. Nunc primum Graece editus cum Federici Commandini versione Latina, notisq; illius et Editoris. PAPPI ALEXANDRINI Secundi Libri Mathematicae Collectionis, Fragmentum, Hactenus Desideratum. E Codice MS. edidit, Latinum fecit, Notisque illustravit Johannes Wallis. Oxoniae, E Theatro Sheldoniano. —— 6 *ff.*, 155 pp. Editio princeps, et satis bella, quae ex cod. msto Vaticano est facta. 2 *Th.* Rep. 1699.

1699, f. —— In *I. Wallisii* Operibus mathematicis. (Ox., Sheldon.) T. III. p. 565 sqq. *V.* 1688.

1810, 8. Histoire d'Aristarque de Samos, suivie de la traduction de son Ou-

vrage sur les distances du soleil de la lune; de l'histoire de ceux, qui ont porté le nom d'Aristarque avant Aristarque de Samos; et le commencement de celle des philosophes, qui ont paru avant ce même Aristarque, par M. de F(*ortia d'Urban*). Paris. —— 10 *fr.*, ch. melior 14 *fr.* Contextus graecus scholiaque ex 8 codd. Mss. sunt emendata. Ad hanc editionem pertinent 3 tabulae, quae versioni infra memorandae adhaerent.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

1498, f. Aristarchi Samii de magnitudinibus et distantiis Solis & Lunae. Georgio Valla interprete. —— Cum *Nicephori* logicis aliorumque opusculis. Impressum Venetiis per Simonem Papiensem dictum Beuilaquam 1498, *etc.*

1499, f. Aristarchi samij de magnitudinibus ꝛ distantiis solis ꝛ lune. Georgio Valla placentino Interprete. —— *Ib. In fine:* Impressus Vicentiae Anno Salutis || M.cccc xcix. xvii. Kalendas Ianuarias per Henricum de Sancto || Vrso *etc.* Bibl. acad. Lips.

1547, f. *ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΚΩΜΩΔΙΑΙ ΕΝΝΕΑ ΜΕΤΑ ΣΧΟΛΙΩΝ ΠΟΛΛΩΝ ΠΑΛΑΙΩΝ ΚΑΙ ΠΑΝΥ ΩΦΕΛΙμων, και δυο ανευ σχολιων, συν πινακι αφθονοτατῳ ἁπαντων των ἀξιολογων.* ARISTOPHANIS COMOEDIAE NOVEM CVM COMMENTARIIS ANTIQVIS ADmodum utilibus, duaéq; sine commentarijs, adiecto copiosissimo indice omnium cognitu dignorum. *Πλουτος Νεφελαι Βατραχοι Ιππεις Αχαρνεις Σφηκες Ορνιθες Ειρηνη Εκκλησιαζουσαι Θεσμοφοριαζουσαι Λυσιςρατη.* Plutus Nubes Ranae Equites Acharnenses Vespae Aues Pax Concionantes Cereris sacris operantes Lysistrata. *Sequitur epigramma graecum in Aristophanem; infraque:* BASILEAE, IN OFFICINA FROBENIANA AN. MDXLVII. *In f. ultimo: Επιδιορθωσις σφαλματων. Infra: Ετυπωθη εν τη βασιλειᾳ παρα Ιερωνυμῳ τῳ φροβεννιῳ, και Νικολαῳ τῳ επισκοπιῳ, ετει της σωτηριας ἡμων. α φ μ ζ. In pag. versa symb. typ. iuxtaque* FRO || BEN. —— 6 *ff.* praefixa, 571 pp. et 12 *ff.*, quorum 11 continent: *Πιναξ απαντων των αξιολογων αφθονοτατος.* Praefatio superscripta est: Clarissimo et omnis bonae literatvrae peritissimo domino Philippo Melanchthoni, Sigis. Gelenius S. D. In ea dicitur: „De duabus postremis hoc tantum polliceri possum, castigatiores esse quam antea. In commentarijs Florentinos ut copiosiores sequi maluimus." Rarissime occurrit, ut ex *Beckii* notitia in Commentariis ad Plutum, praefat. p. XXXIX. apparet, sed admodum negligenter impressa est. Bibl. acad. Lips.

1548, 8. Aristophanis Comoediae vndecim, multis metris corruptis mendisque plurimis purgatae, vt emendatiores non prodierint: emendationis ratio ad calcem libri explicatur. (*Lugduni*,) Ioh. Gryphius excudebat. —— Praefationem ab *Angelo Caninio* graece conscriptam repetiit *Maittaire* in Annal., T. III. p. 409. Ut *Hemsterhusius* iudicat, editio est magni aestimanda.

1586, 8. Nicodemi Frischlini Aristophanes veteris Comoediae Princeps: Poeta longe facetissimus et eloquentissimus: Repurgatus a mendis, et imitatione Plauti atque Terentii interpretatus, ita vt fere carmen carmini, numerus numero, pes pedi, modus modo, Latinismus Graecismo respondeat, Opus Diuo Rudolpho Caesari sacrum. Cum Gratia et priuilegio Caesariae Maiestatis. Francofurti ad Moenum excudebat Ioannes Spies M. D. LXXXVI. *In fine*: Francofurti ad Moenum, apvd Iohannem Spies. Anno M. D. LXXXV. —— 8 *ff.* praefixa, 368 *ff.* *Valckenaer.* in Scholiis N. T. T. I. p. 14 dicit: „doctus interpres Aristophanis Frischlinus." Rarissima editio. Bibl. sen. Lips. Rep. 1597 et 1625.

1597, 8. — Frcf. ad M. —— *V.* 1586 et 1625.

1600, 12. *Αριςοφανους Ευτραπελωτατου Κωμῳδιαι ενδεκα.* Aristophanis Facetissimi Comoediae vndecim. Ex officina Plantiniana. Apud Christophorum Raphelengium, Academiae Lugd. Bat. Typographum. CIↃ IↃC. —— 620 pp. Textum quam proxime priores editiones emendatiorem continet.

1607, f. *ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΚΩΜΩΔΙΑΙ ΕΝΔΕΚΑ ΩΝ ΑΙ ΜΕΝ ΕΝΝΕΑ ΜΕΤΑ ΣΧΟΛΙΩΝ ΠΑΛΑΙΩΝ, ΚΑΙ ΝΕΩΤΕΤΩΝ, πανυ ωφελιμων. — ΑΙ ΔΕ ΔΥΟ, ΜΕΤΑ ΣΧΟΛΙΩΝ ΝΕΩΤΕΡΩΝ, ΑΠΕΡ ΕΚ παλαιοτατων ὑπομνηματων, και δοκιμωτατων λεξικων, ουκ ανευ μεγιςης ακριβειας και πονου, εις των φιλελληνων χαριν νυν πρωτον συλλεχθεντα, συν πινακι αφθονωτατῳ παντων των αξιολογων, εις φως εξηνεχθη.* — ARISTOPHANIS COMOEDIAE VNDECIM, CVM SCHOLIIS ANTIQVIS. — Qvae studio et opera Nobilis viri Odoardi Biseti Carlaei sunt quamplurimis locis accuratè emendata, et perpetuis nouis Scholiis illustrata. Ad quae etiam accesserunt eiusdem in duas posteriores noui Commentarij: operâ tamen et studio Doctissimi uiri D. Aemylij Francisci Porti Cretensis filij ex Biseti autographo exscripti et in ordinem digesti. Quae ad hanc editionem accesserunt praeterea, pagina 36. demonstrat. AVRELIAE ALLOBROGVM, SVMPTIBVS CALDORIANAE SOCIETATIS. M. DC. VII. —— 18 *ff.*, 916 pp., 14 *ff.* index. Praeter indicata in titulo continentur quoque *Bourdini* Scholia graeca in Thesmophoriazusas, *Caroli Gerardi* in Plutum, *Q. Sept. Flor. Christiani* in Vespas, Pacem et Lysistratam commentarii. Versio latina ex illa variorum desumpta est, ut Pluti, Nubium, Ranarum, Equitum et Acharnensium est *Nicod. Frischlini;* Vesparum, Pacis et Lysistratae illa *Q. Sept. Flor.*

Christiani; Avium, Ecclesiazusarum, Thesmophoriazusarum est *Andr. Divi.* Titulus est a. 1608 mutatus.

1614, f. — graece et latine. —— *V.* in Corpore Poetarum Graecorum. (Gv.) T. I. p. 719 sqq.

1624, 12. *ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΚΩΜΩΔΙΑΙ ια'.* ARISTOPHANIS COMOEDIAE UNDECIM, Graecè et Latinè, Cum Indice Paroemiarum selectiorum, ET Emendationibus virorum doctorum praecipuè IOSEPHI SCALIGERI. Accesserunt praeterea FRAGMENTA Ejusdem ineditarum Comoediarum ARISTOPHANIS. *Infra signum typographeum, continens aliquem qui fodit, cum inscriptione:* FAC ET SPERA. *Infra:* LVGDVNI BATAVORVM, Ex officina IOANNIS MAIRE clↄIↄcxxiv. —— 12 *ff.* praefixa, quorum 1*a* titulum continet. *F.* 1*b:* Elenchvs COMOEDIARVM ARISTOPHANIS quae extant. *F.* 2*a:* Typographvs Lectori Benivolo (?) S., explicitque *f.* 3*b: Vale* 1624. *F.* 4*a*: Aristophanis Vita et scripta, quae explicit *f.* 8*b.* F. 9*a:* De Comoedia veteri eiusque partibus; Ex Nicodemo Frischlino, explicitque *f.* 11*a.* Infra epigramma graece et latine in Aristophanem. *F.* 11*b: ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ Πλȣτȣ ʽΥΠΟΘΕΣΙΣ ΔΙ' ΙΑΜΒΩΝ Αριϛοφανους Γραμματικȣ. F.* 12*a:* ARISTOPHANIS PLVTI, Interprete Nicodemo Frischlino ARGUMENTUM, et: ALIVD per Acrostichidem. *F.* 12*b: ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΛΟΥΤΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ.* A pag. 1 incipiunt textus graecus et versio latina, quae emendatior hic prodit. A pag. 898 accuratissime editio a. 1624 cum illa a. 1625 convenit. P. 898—916: Index vocum et versuum prouerbialium, in magno opere Adagiorum, ab Erasmo, Iunio, Cognato, aliisque ex Aristophane adductorum, declaratorum atque subinde etiam emendatorum; juxta editionem Hanoviensem anni 1617. in Folio. P. 917—935: Notae in Aristophanem, Excerptae ex Varijs Lectionibus, Emendationibus et Coniecturis virorum doctorum, ac potissimum duobus exemplaribus manu Iosephi Scaligeri emendatis, è Bibliotheca Gerardi Vossii. In hac editione separatim titulo et numero paginarum fragmentorum collectio est signata, sed in titulo loci et anni notitia deest.

1625, 8. — Frcf. ad M. —— Ex editione a. 1597 repetita.

1625, 12. *Αριϛοφανους Κωμωδιαι ια'.* ARISTOPHANIS COMOEDIAE VNDECIM, Graecè et Latinè, Cum Indice Paroemiarum selectiorum, et Emendationibus virorum doctorum praecipuè Iosephi Scaligeri. Accesserunt praeterea FRAGMENTA Eiusdem ineditarum Comoediarum ARISTOPHANIS. *Infra signum typogr., viri duo, alter clavam, alter vexillum tenens, cum inscr.:* INVICTA CONCORDIA. *Infra:* LVGDVNI BATAVORVM, Apud IOANNEM MAIRE. clↄ. Iↄ c. xxv. —— Sic *f.* 1*a. F.* 1*b:* ELENCHVS COMOEDIARVM ARISTOPHANIS quae exstant. *F.* 2*a:* ARISTOPHANIS Pluti, interprete Nicodemo Frischlino, *Argumentum,* et: ALIVD per Acrostichidem. *F.* 2*b: ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΛΟΥΤΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ, graece et latine. F.* 3*a* titulus: „*Αριϛοφανȣς Κωμωδιαι ια'.* ARISTOPHANIS COMOEDIAE VNDECIM, Graecè et Latinè, Cum Indice Paroemiarum selectiorum, et Emendationibus virorum doctorum, praecipue IOSEPHI SCALIGERI.“ Infra idem signum xylogr., ut supra descriptum; infraque: LVGDVNI BATAVORVM. Apud Joannem Maire, clↄ ɪↄc. xxiv. (?) *F.* 3*b:* ELENCHVS COMOEDIARVM ARISTOPHANIS quae exstant. Hic Elenchus idem est ut *f.* 1*b. F.* 4 et 5 continet admonitum inscriptum: Typographvs Lectori Benivolo (?) S. signatum in fine: *Vale.* 1624. *F.* 8*a:* ARISTOPHANIS VITA ET SCRIPTA., explicitque *f.* 12*b. F.* 13*a:* De Comoedia veteri, eivsqve Partibus; Ex Nicodemo Frischlino. finitque *f.* 15*a.* Infra legitur epigramma graece et latine. *F.* 15*b: ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ Πλουτου ὑποθεσις ΔΙ' ΙΑΜΒΩΝ Αριϛοφανους Γραμματικου. F.* 16*a:* ARISTOPHANIS Pluti, interprete Nicodemo Frischlino, *Argumentum.* F. 16*b: ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΛΟΥΤΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ.* Pag. 1: *ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ Πλουτος.* ARISTOPHANIS PLVTVS. Usque ad p. 897 contextus graecus cum versione latina omnium comoediarum continetur; a p. 898—916: Index vocvm et versvvm Proverbiorvm, *etc.* post singulas fabulas; p. 917—935: Notae in Aristophanem, Excerpta ex Variis Lectionibus, Emendationibus et Coniecturis virorum doctorum, ac potissimum duobus exemplaribus manu IOSEPHI SCALIGERI emendatis, è Bibliotheca Gerardi Vossij. In non num. p. 936: LVGDVNI BATAVORVM Excudit IOANNES CORNELII MOVRDANVS. cɪɔ ɪɔcxxɪv. Sequuntur 56 paginae, continentes fragmenta singulari titulo, ut est in principio huius notitiae adnotatus, infra quem idem signum, infraque: LVGDVNI BATAVORVM, Apud IOANNEM MAIRE. cɪɔ. ɪɔ. c. xxv., sed eadem admo-

nita, ut in priore editione, sequuntur. Primum p. 3 sq.: Lectori S. Andreas Schottvs. De Aristophanis Comoediis XI. exstantibus, et aliarum amissarum fragmentis. Ut ex harum duarum editionum a. 1624 et 1625 accurata notitia liquet; Aristophanis fragmenta non in editione a. 1670 edita primum, quod *Beckius* in Commentario suo ad Plutum putat, sed iam in editionibus a. 1624 et 1625 collecta extant.

1670, 12. *ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΚΩΜΩΔΙΑΙ ια.* ARISTOPHANIS COMOEDIAE UNDECIM. Graece et Latine, ut et Fragmenta earvm quae amissae sunt. Cum Emendationibus virorum doctorum, praecipue Iosephi Scaligeri, et Indice Paroemiarum selectiorum. Ut et Nova Versio *ΕΚΚΛΗΣΙΑΖΟΥΣΩΝ* à TAN. FABRO facta cum doctissimis ejusdem in eandem Comoediam Notis. Tomi duo. Amstelodami, Apud Ioannem Ravensteinium, Civitatis et Illustr. Scholae Typogr. Ordinarium. Anno M. DC. LXX. — 12 *ff.* praefixa, 1087 pp. et 1 vac. *f.*, et separatim signatae 60 pp., continentes fragmenta singulari titulo: „Aristophanis Fragmenta a Gvlielmo Cantero, Jam pridem collecta; cum Praefatione Viri Cl. Andreae Schotti recognita vero plurimum et non parva accessione locupletata, a Gulielmo Coddaeo.“ — Quamquam ex priore editione auctius, tamen non satis accurate est repetita.

1710, f. Aristophanis Comoediae vndecim graece et latine, ex Codd. mss. emendatae. Cum scholiis antiquis, inter quae scholia in Lysistratam ex Cod. Vossiano nunc primum in lucem prodeunt. Accedunt notae Virorum doctorum in omnes comoedias; inter quas nunc primum eduntur Isaaci Casauboni in equites; Illustriss. Ezech. Spanhemii in tres priores; et Richardi Bentleii in duas priores comoedias Observationes. Collegit et recensuit, notasque in nouem comoedias, et quatuor indices in fine adiecit Ludolphus Kusterus I. V. D. Excusum Amstelodami sumptibus Thomae Fritsch, Bibliop. Lipsiensis, A. MDCCX. — Quae editio est substrata, de eo in praefatione haec: „Aldinae editionis fidem in recensendo textu prae aliis, secutus sum *(sed non ut par est, illam dignatus est)*, quippe quae haud paucis in locis probam et germanam lectionem, a qua posteriores edd. discesserunt, retinuit.“ Porro: „Textui graeco subiecta sunt, *inquit*, Scholia graeca tam vetera tam recentiora. Transeo ad versionem latinam textui graeco e regione adiunctam, quae diuersorum est auctorum. Nam versio quinque priorum comoediarum est Nicod. Frischlini, viri utriusque linguae, suo praesertim tempore, satis periti, sed qui multo melius lectoribus consuluisset, si versionem suam oratione prosa, non versibus conscripsisset. Nam (vt constat) lex metrica saepe voces eiusmodi et phrases respuit, quibus sensus auctoris apte et clare exprimi potest; quarum proinde loco quum aliae longius arcessendae sint, fieri non potest, quin versio saepe reddatur obscura et lector per ambages ab interprete ducatur, quo alias recta via peruenire potuisset. Hoc quum commune sit vitium omnium versionum metricarum, vel ob hoc solum nova illarum comoediarum versione opus fuisset; sed quo minus illam confectam dederimus, temporis angustia obstitit. In Notis tamen, quantum licuit, malo huic mederi studuimus; quippe in quibus multorum locorum Comici nostri, quae Frischlinus vel obscure vel male reddiderat, verum sensum lectori exposuimus. Idem Frischlinus dictas quinque priores comoedias in actus V, singulosque rursus in plures scenas divisit, ad modum nempe comoediarum Plauti et Terentii, quam distinctionem, vtpote comoediae veteris et mediae poëtis apud Graecos ignotam, Frischlinus male fabulis Aristoph. accommodavit. Nihilominus eam retinendam censui, quod videam multos viros doctos loca Arist. secundum actus illos et scenas vertisse *etc.* Vespas, Pacem et Lysistratam latine vertit Q. Septimius Florens Christianus, itidem metrice: de qua proinde versione idem Lector dictum putet, quod de versione Frischlini diximus: nisi quod Florens Christianus obscuritatem vltro etiam affectauerit, dum versionem suam archaïsmis et vocibus apud Latinos pridem obsoletis oppleuit, *etc.* Restant tres comoediae, Aues, Ecclesiazusae et Thesmophoriazusae, quibus in edit. Porti addita est versio Diui Iustinopolitani, sed quae adeo inepta est, et tot vitiis vbique scatet, vt indignam eam iudicauerimus, cui in editione nostra locum concederemus. Et quum vir doctissimus et *χαριεστατος* Tanaq. Faber Ecclesiazusas cum eleganti versione latina et notis iam ante separatim edidisset, versionem illam recepimus. Aves nova interpretatione latina donauit vir perelegantis ingenii et doctrinae Tiberius Hemsterhusius. Thesmophoriazusas ipse latine vertere aggressus sum.“ Quatuor indices adiunctae sunt: 1) Vocum et phrasium graecarum in textum Aristoph.: 2) Rerum

in scholiastas veteres; 3) Vocum et glossarum, quae a Schol. obiter exponuntur; 4) Auctorum in Scholiis veteribus laudatorum. Ad contextum graecum recensendum praeter editiones antiquas, codd. mstis novem, sed non ut decet, est usus. Conf. *Acta Eruditorum Lips.* 1710, m. Mart. p. 97—111, et *Ioannem de Clerc* in *Bibliothèque choisie*, T. XV. p. 109, et T. XIX. Artic. 6. p. 263 sqq., *Mémoires de Trevoux*, 1711, p. 237. *Brunckius* iudicavit de hac editione: „Non erat cur ille (*Kusterus*) gloriaretur, de nitore et cultu, quem Comico sua opera accessisse opinabatur: mendis enim eum reliquit effertissimum. Est tamen in eius notis bonae frugis haud parum, quo si vti scivisset Steph. Berglerus, textum Aristoph. multo dedisset emendatiorem. Exemplaria in ch. m. raro occurrunt et caro emuntur.

1760, 4. Aristophanis Comoediae vndecim, graece et latine, ad fidem optimorum Codicum Mss. emendatae cum noua octo Comoediarum versione latina et notis ad singulas ineditis Stephani Bergleri, nec non Caroli Andreae Duckeri ad quatuor priores. Accedunt deperditarum Comoediarum Fragmenta a Theod. Cantero et Gul. Coddaeo collecta, earumque Indices a Ioh. Meursio et Ioh. Alb. Fabricio digesti. Curante Petro Burmanno Secundo, qui praefationem praefixit. Lugdvni Batauorum, ap. Sam. et Io. Luchtmans, Acad. typogr. MDCCLX. *Voll. II.* — De subsidiis adhibitis ipse editor in praefatione fatur: Textum graecum in hac editione exhibemus secundum editionem maiorem, quam Kusterus procurauit, sed diligenter et multis in locis emendatum, adhibitis etiam editionibus Aldina, Iuntina, Farrei, et Brubachii. Ex his editio Farrei, quam ipse possideo, quaue semper vtor, plurimum profuit. Eam non ab Aldina originem trahere, vt ceterae, haud dubiis iisque plurimis iudiciis comperi, ita vt instar Msti fuerit. Plurima sane loca primus emendavi et integritati suae restitui. Versionem octo comoediarum nouam, et vt puto perspicuam, ipse feci; ceterarum trium versiones, partim bonas, partim tolerabiles, retinere visum est. Illarum octo versiones priores plerumque vel fallunt vel nihil iuuant." Quod iudicium de *Bergleri* notis *Brunckius* in suis notis protulit, iniquum est aestimandum; defendit attamen illas *Wyttenbach* in sua Bibl. crit., Vol. II. P. IV. p. 34, ut *Schaefer* quoque ad Gregorium Corinthum Ind. p. 1049.

1781—1783 (et 1783), 8. Aristophanis Comoediae ex optimis exemplaribus emendatae studio Rich. Franc. Phil. Brunckius, Argentoratensis. Argentorati sumptibus I. G. Treuttel, bibliop. MDCCLXXXIII. *Tom. III.* — Aristophanis Comoediae in latinum sermonem conversae. Argentorati apud socios bibliopolas Bauer et Treuttel MDCCLXXXI. *Tom. III.* — Continentur tomo I. Lysistrata, Thesmophoriazusae, Ranae, Plutus; tomo II. Ecclesiazusae, Nubes, Aues, Vespae; tomo III. Equites, Acharnenses, Pax. Quamquam in hac noua ad priores editiones et codices mstos adornata recensione novam lucem critica face Aristophani attulit; tamen, cum admodum pro libitu sagacissimas coniecturas suas in textum reciperet, etiam in constituendo textu subsidia parata non diligenter accurateque adhiberet, nunc satisfacere non potest. Quam novam confecit *Brunckius* versionem criticam, loco commentarii esse potest. Maxima notarum pars est critica. Fragmenta auctiora quam in prioribus editionibus exhibuit; scholia autem esse omissa dolendum. De adhibitis subsidiis in praefatione exposuit necessaria. Conf. censuram *Wyttenbachii* in Bibl. crit. Vol. II. P. IV. p. 31—51; illam *Porsoni* in *Maty's Review*, 1783, m. Iul. p. 55 — 68, rep. in Museo crit. Cantabr., T. II. p. 113—124, illius epitomen latine dedit *Gf. H. Schaefer* in Diario class. no. IX. p. 136—143; XII. p. 92—101, rep. censura est in Miscellaneous Criticisms of Rich. Porson, (Ld., 1815, 8) p. 11—37; *v.* et in Bibliothek d. alt. Lit. u. K. fasc. I. p. 125—156; et conf. Allgem. deutsche Bibliothek Vol. LV. p. 347 sqq. Et editio in 4 mai. *ib.* 1783, *Tom. IV.* iisdem typis ut editio in 8 est excusa, cuius 10 exemplaria in ch. holl. extant. Rep. 1810.

1794 — 1826, 8. *Αριστοφανους Κωμωδιαι.* Aristophanis Comoediae avctoritate libri praeclarissimi saecvli decimi emendatae a Philippo Invernizio ivrisconsvlto romano. Accedvnt criticae animadversiones scholia graeca indices et virorvm doctorvm adnotationes. Lipsiae, Weidmann. *Voll. XIII.* — Continentur volumine I. et II., qui a. 1794 prodierunt (, eorum censuram *v.* in ephem. litt. Jenens. 1797, I. p. 161—174; Goth. ephem. 1794, III. p. 1731 — 1735), contextus graecus fabularum: *vol. I.* Plutus, Nubes, Ranae, Aves, Equites; *vol. II.* Pax, Ecclesiazusae, Acharnenses, Vespae, Lysistrata, Thesmophoriazusae. Nec recte est, quod in *Schoellii* Geschichte der

griech. Litt., übers. von *Schwarze*, Vol. I. p. 286 dicitur his verbis „Da der versprochene Thesaurus Aristophanicus, welcher die Quintessenz aus allen bisher über Aristophanes erschienenen Erläuterungen und Bemerkungen enthalten sollte, zum Glück nicht erschien, so übernahm *Ch. Dn. Beck*, welcher den Abdruck der Invern. Ausgabe besorgt hatte, diese Arbeit.“ Ex his colligi videtur, ac si *Invernizii* editio Lipsiensis ex alia originali, ut dicitur, furtim excusa fuisset, quod tamen non est factum. *Beckius*, qui ex *Invernizii* schedis tomos duos priores imprimi curaverat, reliquos tomos usque ad tomum VII. ipse elaboravit, tomum octavum autem reliquosque *Gu. Dindorfius* adornavit. Tertius tomus totius operis (1809), sive *tomus I.* commentariorum, continet Commentarium in Plutum; *Tomus II.* (1810) in Nubes; *Tom. III.* (1811) in Ranas et Aves; *Tom. IV.* (1819) in Equites, in Pacem et in Ecclesiazusas; *Tom. V.* (1820) in Acharnenses et Vespas; *Tom. VI.* (1821) in Lysistratam et in Thesmophoriazusas; et tres in Commentarios Indices: 1) et laudatorum et emendatorum auctorum, insertis citatis locis; 2) verborum graecorum; et 3) rerum; *Tom. VII.* (1822) continet supplementa ad commentarios; *Tom. VIII. IX.* (1823) *et* X. (1826) Scholia graeca; *Tom. XI.* (1826) *Mitchelli* Prolegomena, versionemque latinam emendatiorem. Quamquam in constituendo textu graeco ille optimae notae codex mstus Ravenn. ab *Invernizzio* est adhibitus, tamen ob editoris in lectionibus colligendis adnotandisque negligentiam satisfacere collatio non potuit, qua de causa illum codicem *Imm. Bekker* contulit denuo, et varietatem lectionum cum *Dindorfio* communicavit. 44 *Th.*, ch. holland. 76 *Th.*

1810, 8. Aristophanis Comoediae. Graece, ex optimis exemplaribus emendatae; cum Latina Versione, variis Lectionibus, Notis et Emendationibus: accedunt deperditarum Comoediarum Fragmenta, et Index Verborum, Nominum propriorum, etc. a Rich. Franc. Phil. Brunck. Oxonii, Bliss. *Voll. IV.* —— Ex editione a. 1782 sqq. expressa, notis textui subiectis. 2 *L.* 12 *sh.* 6 *d.*, ch. m. 4 *L.* 14 *sh.* 6 *d.*, et 25 exemplaria *in*-4. 10 *L.* 10 *sh.* Pertinet ad hanc editionem *Sanzai* Lexicon, *v.* infra *III.*

1812, 12. Aristophanis Comoediae. Ad optimarum editionum fidem editae. (*Cura Gf. H. Schaeferi.*) Lps., Tauchnitz. *Voll. III.* —— 1 *Th.* 12 *Gr.* *V.* 1819.

1814, 32. Aristophanis Comoediae, Graece, ex Editione R. Fr. Ph. Brunck. Ox., Bliss. *Voll. III.* —— Nitida editio. 18 *sh.*

1818, 12 mai. Aristophanis Comoediae. (*Cura Gf. H. Schaeferi.*) Lps., Weigel. *Voll. II.* —— 2 *Th.*

1819, 12. Aristophanis Comoediae XI. *Edit. ster.* Lps., Tauchnitz. *Voll. III.* —— 18 *Gr.*, ch. scr. 2 *Th.*

1821, 8. Aristophanis Comoediae, quae exstant, undecim ac deperditarum Fragmenta. Cum Scholiis graecis superiorum editorum, Küsteri, Bergleri, Brunckii, aliorumque virorum doctorum, suis item annotationibus edidit, et Lexicon in Aristophanem adiecit Ch. Gf. Schütz. Lps., ap. Schwickert. T. I. P. I. et II. *Voll. II.* —— LVI, 390, 470 pp. 3 *Th.* 20 *Gr.* Contextum graecum et versionem latinam comoediarum, Acharnensium, Equitum et Nubium, cum commentariis ad easdem fabulas conscriptis continet. *P. I.* primo loco exhibentur praefationes *L. Küsteri*, *Pt. Burmanni II.* et *Brunckii*, seriesque actarum Aristophanis fabularum; tum contextus graecus hinc inde emendatus aut ad codicem Ravennatem aut ex ingenio editoris aliorumque, subiectis variis lectionibus et notis nonnullis *Brunckii*, sui ipsius aliorumque, infra quas conversionem latinam subiunxit. *P. II.* autem complectitur commentarios, ex priorum interpretum notis selectis confectos, quibus Schützius suas adiecit.

1823, 8. Aristophanis comoediae, *&c.* Gr. et Lat., variis Lectionibus, *etc.* a Rich. Fr. Ph. Brunck. Londoni. *Voll. III.* —— 2 *L.* 2 *sh.* Extat quoque editio *sine notis*, 8 *min.* Voll. III. 1 *L.* 11 *sh.* 6 *d.*

1825, 12 mai. Aristophanis Comoediae, ad optimorum librorum fidem cum brevi annotatione critica editae (*cura Gu. Dindorfii*). Lps., Teubner. *Voll. II.* —— 347, 428 pp. 2 *Th.*, ch. angl. 3 *Th.* fabulae hac serie, *Vol. I.* Acharnenses, Equites, Nubes, Vespae, Pax; *Vol. II.* Aves, Thesmophoriazusae, Lysistrata, Ranae, Ecclesiazusae, et Plutus continentur. *Brunckii* textus est substratus, in eo emendando autem *Dindorfius* iam ab aliis allatas lectionis varietates tum codicis Venet., aliorumque in suo usu collatorum codicum adhibuit, neque prioribus editionibus uti praetermisit. Praecipue sunt signa interlocutionis apto loco posita. Deinde in notis stropharum aliter meliusque distribuendarum viam et rationem proposuit.

1826, 32. *Ἀριστοφάνης.* Aristophanis

comoediae. Curante J. Fr. Boissonade. Paris., ap. Lefevre. *Voll. IV.* —— 20 *fr.* **Est Vol. XXI. XXII. XXIII. et XXIV. in eiusdem *Sylloge Poetarum Graecorum*. Cum fragmentis notisque brevibus. Ceterum splendidissima editio.**

1828—1830, 8 mai. Aristophanis Comoediae. Recensuit, et annotationibus, siglisque metricis in margine scriptis instruxit F. H. Bothe. Lps., Hahn. *Voll. IV.* —— 4 *Th.* 10 *Gr.* **Continentur fabulae, quae singulatim quoque venduntur, *Vol. I.* Ranae (12 *Gr.*), Plutus (10 *Gr.*), Pax (10 *Gr.*); *Vol. II.* Acharnenses (10 *Gr.*), Vespae (10 *Gr.*), Aves (12 *Gr.*); *Voll. III* Equites (10 *Gr.*), Lysistrate (6 *Gr.*), Ecclesiazusae (8 *Gr.*); *Vol. IV.* Thesmophoriazusae (6 *Gr.*), Nubes (12 *Gr.*) Sunt in eiusdem Collectione *Poetarum Scenicorum Graecorum* Vol. V—VIII.**

1829, 8 mai. *Ἀριστοφανους Κωμῳδιαι.* Aristophanis Comoediae, cum Scholiis et varietate Lectionis. Recensuit Imm. Bekker. Accedunt versio Latina (*ex edit. Brunckii*), deperditarum comoediarum Fragmenta, Index locupletissimus. Notaeque Brunckii, Reisigii, Beckii, Dindorfii, Schützii, Bentleii, Dobrei, Porsoni, Elmsleii, Hermanni, Fischeri, Hemsterhusii, Kuinoelii, Höpfneri, Conzii, Wolfii *etc.* Londini, sumtibus Whittaker, Treacher, et Arnot. R. Priestley MDCCCXXIX. *Voll. V.* —— 3 *L.* 15 *sh.*, **ch. m. 5 *L.* 15 *sh.* 6 *d.* Duo priora volumina continent contextum graecum, versionem latinam, scholiaque, quae omnia, textu recensito ad denuo collatum codicem Raven., *Imm. Bekker* curavit; reliqua tria volumina commentarios, sed ita negligenter et sine omni fere scientia rerum, ab anonymo compositos complectuntur, ut notae plures *Gu. Dindorfii* nomine, inprimis in comoedia Nubibus, sint signatae, quas ille nec unquam cogitavit, nec potius conscripsit, ut audivi ex eo ipso. Notarum tria volumina separatim quoque ad 2 *L.* 5 *sh.* venduntur, ut et comoediae inscriptae: Aves (3 *Th.*), Nubes (4 *Th.*), Plutus (5 *Th.*), Ranae (3 *Th.*)**

1830, 8 mai. *Ἀριστοφανους Κωμῳδιαι.* Aristophanis Comoediae. Edidit Bern. Thiersch. Tom. I. — *Etiam sub titulo:* Aristophanis Plutus. Recensuit et explicuit Bern. Thiersch. Praemittuntur prolegomena in Aristophanem et C. Ferd. Rancke commentationis de Aristophanis vita pars I. — T. VI. P. I. *Et sub titulo:* Aristophanis Ranae. Recensuit et explicuit Bern. Thiersch. Praemittuntur quaestiones de Ranarum fabulae nomine, aetate, occasione et consilio. Lps., Hartmann. —— **Ch. membr. 5 *Th.* 18 *Gr.* Restant Tom. II—V.**

1830, 12. Aristophanis Comoediae. Accedunt deperditarum fabularum fragmenta. Ex recognitione et cum annotationibus Guil. Dindorfii. Lps., Weidmann. *Voll. II.* —— **Idem textus iisdem typis tantummodo aliis formis excusus, ac in *Gu. Dindorfii* Collectione Poetarum scenicarum Graecorum. *ib.*, *eod. a.*, adiectis autem notis.**

Bb) *Delectus fabularum.*

1515, 8. *ΕΝ ΤΗιΔΕ ΜΙΚΡΑ ΒΙΒΛΩι ΤΑΔΕΝΕΣΤΙΝ.* — *Α ριξοφανους Θεσμοφοριαζουσαι.* — *Τ ου αυτου Λυσϊξραιη.* — IN HOC PARVO LIBRO HAEC INSVNT. — A ristophanis Cereris sacra celebrantes. E iusdem Lysistrate. *In fine f.* 54: Bernardus Junta lectori S. — H abes candide lector nusquam hactenus impressa binas Aristophanis comoedias. Sacrificantes feminas, atticamque Lysistraten. quas ex codice adeo vetusto excerpsimus, ut altera interdum dictionis pars ibi desideretur: si quid igitur in illis quod tibi molestum sit, invenies, quia *απαραλλακτως* cudere voluimus, id euenisse scias. Vale. —— 54 *ff.*, **1 vac. f., et 1 *f.* continens cum expresso in pag. versa signo typ. Pertinet ad ibid. a. 1515. editam omnium fabularum editionem. Quae hanc primam posteriores duae editiones Iuntinae sequuntur, fabulas Thesmophoriazusas et Lysistraten non complectuntur. De his Duabus Aristophanis fabulis in epistola praefixa, quae sic est superscripta: „Bernardus Iunta, nobili patritio domino Francisco Accolto electo Epõ anconitano S. P. D.“. dicitur: „Venit mi Francisce expectata dies illa in qua ex vrbinate bibliotheca antiquissimum Aristophanis exemplar nacti sumus ibique inter alias *Λυσϊξρατην και Θεσμοφοριαζουσας*, id est Lysistratem et Cereri sacrificantes feminas non alias visas comedias inuenimus.“ Bibl. sen. Lips.**

1524, 4. Aristophanis Plutus et Ranae. (*Basileae,*) Apud Froben. —— **Tantummodo textus graecus exhibetur.**

1528, 8. Aristophanis Comici facetissimi Nubes et Plutus comoediae, ut elegantissimae ita sane doctissimae, Phil. Mel (*anchthonis*). Scholiis brevissimis adnotatae, graecique sermonis studiosis uti-

lissimae. Haganoae per Joh. Secerium Anno M.D.XXVIII. mense Iunio.

1540, 4. Aristophanis Plutus, Nebulae, Ranae. Paris., per Conr. Neobarium. —— Contextus graecus tantum inest. *V.* infra 7) *Ecclesiazusae.*

1561, 4. Aristophanis Plutus & Ranae. *Graece.* Trj. ad Rh.

1586, 8. —— *V.* 1597.

1596, 12. Aristophanis Plutus, Nebulae, Ranae, Equites. In usum scholarum. *Graece. LB.*

1597, — 1625, 8. Aristophanis Comoediae V, Plutus, Equites, Nubes, Ranae, Acharnenses, Graece et Latine, repurgatae a mendis et imitatione *Plavti* atque *Terentii* interpretatae, ita, vt fere carmen carmini, numerus numero, pes pedi, modus modo, Latinismus Graecismo, respondeat, a Nicod. Frischlino. Frcf. ad M., exc. Iac. Spies. —— Plures, praeter has quinque, Comoedias Aristophanis, non edidit Frischlinus. *V.* 1586.

1695, — 1732, 8. *Αριστοφανους κωμωδιαι δυο Πλουτος και Νεφελαι. Μετα σχολιων παλαιων πανυ ωφελιμων.* Aristophanis Comoediae duae: Plutus et Nubes, cum Scholiis Graecis antiquis, quibus adiiciuntur Notae quaedam simul cum gemino indice, Graece et Latine. (*Cura I. Leng.*) Ld., impensis Rb. Clauel.

1790, 8. Aristophanis Plutus et Nubes. In usum praelectionum editae a Wolfg. Iaeger. Nrb., Monath. —— Tantummodo contextus graecus, sine praefatione et notis. 8 *Gr. V.* 1811.

1811, 8. — editae a Wolfg. Iaeger. Nrb., Monath. —— 18 *Gr.* Ex anteced. repetita.

Cc) *Comoediae singulae.*

1) Acharnenses.

aa) *fabula integra.*

1597, 8. —— *V.* antea *Bb.*

1798, 8. Aristophanis Acharnenses, graece: edidit, varietate lectionis, animadversionibus virorum doctorum suisque, nec non indice vocabulorum instruxit I. G. Ch. Hoepfner. Pars I. Hl., Hendel. —— XXXVIII, 121 pp. 10 *Gr.* Hac parte prolegomena, contextus graecus, cum variis lectionibus continentur. Pars secunda, commentarium contentura lucem non vidit. Conf. ephem. litt. univ. 1799, I. p. 257 sqq.; Neue allgem. deut. Bibliothek, Vol. LV. P. I. p. 221 sqq.

1809, 8 mai. *ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΑΧΑΡΝΗΣ* ARISTOPHANIS Comoedia Acharnenses in usum studiosae iuventutis emendata et illustrata. Ox., excudebat Sam. Collingwood, veneunt apud Cook, MDCCCIX. —— 128 pp. et 2 *ff.*, quorum unus librarii notitiam, alter vero *Corrigenda* continet. Notae praecipue criticae textui sunt subiectae, quibus p. 113—128 Auctarium accessit. In Germania haec *Elmsleii* editio rarissime occurrit. *V.* 1830.

1828, 8 mai. Aristophanis Acharnenses. Ex rec. Gu. Dindorfii. Lps., Weidmann. —— XXI, 104 pp. 14 *Gr.* Error est in *Schoellii* Geschichte der griech. Litteratur in notitia editionis a. 1820, 8 ab *Sandero* paratae, cum illa nunquam prodierit.

1830, 8 mai. *Αριστοφανους Αχαρνης.* Aristophanis Comoedia Acharnenses. In usum studiosae iuventutis emendavit et illustravit Pt. Elmsley. Editio nova indicibusque instructa. Lps., Nauck. —— 16 *Gr.*

bb) *Delectus fabulae.*

1811, 4. Aus Aristophanes Acharnern, griech. u. deutsch, m. einigen Scholien. (*Von F. A. Wolf.*) Brl., Nauck. —— XXVI, 243 pp. 22 *Gr.* Tantummodo exhibetur a *v.* 1 — 324. Adiecta scholia, quae ad res et versionem germanicam spectant, germanice sunt conscripta.

2) Equites.

1593, 4. *Αριστοφανους ιππεις.* Aristophanis Equites. Ox., ex off. typogr. Ios. Barnesii.

1596, 12. — 1597, 8. —— *V.* antea *Bb.*

1821, 8 mai. Aristophanis Equites. Ex recens. Gu. Dindorfii. Lps., Weidmann. —— VIII, 130 pp. 15 *Gr.* Inprimis in textu recensendo Iuntinam a. 1515, *Vettorii* lectiones in Actis philol. Monacens. (*v.* infra III. s. n. *Nikelius.*) publicatas, *Bentleii* in Diario classico propositas animadversiones adhibuit. Scholia vero sunt ex Aldina exhibita. In Choris multa aliter constituit; quae in notis brevibus, maxime criticis, indicavit.

3) Vespae.

1620, 8. Aristophanis, veteris Comoediae Principis, Poëtae longe facetissimi et eloquentissimi, fabula quae inscribitur *σφηκες* sive Vespae, in Latinam lingvam a Quinto Septimio Florente Chri-

stiano erudite et eleganter versione Metrica traducta, et pro Gymnasio Hamburgensi separatim edita et proposita a M. Henrico Rumpio, Pastore ad S. Johan. et Hebreae atqve Graecae lingvarum Professore. Hamburgi, excudebat Paulus Langius. —— 160 pp. Ut in fabulae Pacis editione praeter adiectas in calce varias lectiones coniecturasque, sine notis.

1823, 8. Aristophanis Vespae. In usum lectionum ad optimorum librorum fidem recensuit et notis instruxit C. Ph. Conz. Tb., Laupp. —— 1 *Th.* 4 *Gr.*

4) Nubes.

1521, 4. Aristophanis Nubes. Vuittembergae. *In fine:* Wittembergae apud Lottherum iuniorem. A. M. D. XXI. —— Hanc, contextum graecum versionemque latinam nonnullis adiectis notis continentem, editionem *Nic. Amsdorfio* dedicavit *Ph. Melanchthon.*

1528, 8. — 1540, 4. — 1596, 4. — 1597, 8. —— *V.* antea *Bb.*

1604, 4. — Paris., Prevosteus.

1625, 8. —— *V.* antea *Bb.*

1628, 4. Aristophanis Nubes. Graece. Paris., apud Ioan. Libert.

1695, 8. —— *V.* antea *Bb.*

1729, 8. — separatim editae, ex editione L. Küsteri. Hlmst.

1732. 8. —— *V. antea Bb.*

1744, 8. *Ἀριστοφανους Νεφελαι.* Aristophanis Nubes, cum scholiis antiquis, e recensione Ludolphi Küsteri. Harderovici, ap. I. Wigmans. —— Adiecta versio latina est. Rep. 1752.

1752, 8. — Editio II. Harderovici. —— 10 *Gr.* *V.* 1744.

1753, 8. *Ἀριστοφανους Νεφελαι.* Aristophanis Nvbes cvm scholiis antiqvis e recensione L. Kvsteri in vsvm lectionvm Cvm praefatione I. A. Ernesti in qua scholia pluribus locis emendantur, illustrantur. Lps., Wendler. —— XL, 296 pp. Praefatio *Ernestii* rep. est in eiusdem Opusculis varii argumenti. (Lps., 1794, 8) p. 169 sqq.

1754, 4. Le Nuvole d'Aristofane, volgarizzate da G. B. Terucci; a fronte del testo greco. Firenze. —— Saepe cum fabula Pluto *ib.* edita coniuncta in uno volumine occurrit.

1755, 12. Aristophanis Nubes, ex editione Ludolphi Kusteri, *graece et latine.* Glsg., Foulis.

1777, 8. Aristophanis Nubes. Cum varietate lectionis curavit Ch. Gf. Schütz. Hl. —— Rep. 1786 sqq.

1786, 8. Aristophanis Nubes. Iterum in vsum lectionum, e Brunckiana potissimum recensione, edid. Ch. Gf. Schütz. Hl. —— 126 pp. 10 *Gr.* *Brunckii* textus, adiectis criticis et exegeticis notis, indiceque. Rep. 1805. *V.* 1777.

1788, 8. Aristophanis Nubes graece et latine, una cum scholiis graecis. Edidit et animadversionibus illustravit Thph. Cph. Harles. Lps., Weidmann. —— 36, 398 pp. 1 *Th.* 8 *Gr.* Praeter alios codices, praecipue Bavaricum, editionesque priores critice adhibuit.

1799, 8. Aristophanis Nubes cum Scholiis. Recensuit et adnotationes I. A. Ernesti suasque addidit Gf. Hermann. Lps., Fritsch. —— LII, 448 pp. 1 *Th.* 12 *Gr.* Omnium optime *Hermann* textum, praecipue quod metricas rationes attinet, constituit, scholiaque graeca emendavit. Maxime quoque magni aestimanda est praefatio. Conf. *Neue allg. deut. Bibliothek,* Vol. IL. P. II. p. 518—526. *V.* 1830.

1805, 8. Aristophanis nubes, (*iterum*) in usum lectionum, adhibitis Brunckii, Invernizii, Hermanni recensionibus, edid. Ch. Gf. Schütz. Hl., Hendel. —— 10 *Gr.* *V.* 1786 et 1826.

1812 (*nec* 1811), 4. Aristophanes Wolken. Eine Komoedie. Griech. u. Deutsch. (*Von F. A. Wolf.*) Brl., Nauck. —— VIII, 69 pp. et 1 *f.* 1 *Th.* 16 *Gr.* Versio strictim metris graecis respondet. Seorsim contextus *ib.* prodiit.

1812, 4. Aristophanis Nubes. Graece. Brl., Nauck. —— 16 *Gr.* Adhibitis pluribus codicibus est contextus graecus constitutus.

1820, 8 mai. Aristophanis Nubes, fabula nobilissima, integrior edita auctore C. Reisigio. Accedunt Syntagma criticum cum additamentis et commentatio de vi et de usu ἄν particulae. Lps., Weidmann. CIƆ IƆCCCXX. —— XXXVI, 140, 44 pp. 1 *Th.* Contextus graecus, inprimis quod ad metricas rationes attinet, valde mutatus est. *Reisigius* tantummodo varietatem lectionis edit. *Brunckii, Hermanni* et *Wolfii* subiecit.

1822, 8. Aristophanes Wolken. Mit erläut. Anmerkk. versehen und nach d. neuesten u. best. krit. Ausgg. herausgegeb. v. C. H. Weiss. Lpz., Klein. —— 132 pp. 16 *Gr.* Notis inprimis verba et res explicantur.

1826, 8 mai. Aristophanis Nubes, denuo in us. lectionum, adhibitis Brunckii, Invernizzi, Hermanni et Reisigii recensionibus, edid. Ch. Gf. Schütz. Hl., Hendel. —— 10 *Gr.* Conf. ephem. scholast. univ. 1827, II. no. 41.

1830, 8 mai. — cum scholiis. Denuo recensitas cum adnotationibus suis et plerisque I. A. Ernestii edid. Gf. Hermann. Lps., Hahn. —— 2 *Th.* 4 *Gr.*

5) P a x.

1547, 4. Aristophanis Pax, Graece. Ex officina Servati Sasseni, Lovanii. M. D. XLVII.

1589, 8. Aristophanis Pax, Graecè; cum Latinâ Flor. Christiani interpretatione Latinorum Comicorum stylum imitatâ eodémque versuum genere cum Graecis conscriptâ; & ejusdem Christiani in eandem glossemata commentaria. Lutetiae, è Typogr. Steph. Prevosteau. *In fine:* Parisiis, M. D. LXXXIIX. *ubi in nonnullis exemplaribus adiicitur:* excudebat Steph. Prevosteau. —— In quibusdam exemplaribus in titulo est: *Lutetiae, ap. Fed. Morellum.*

1615, 8. Aristophanis (qvem Cicero I. de legibus facetissimum veteris Comoediae Poëtam vocat) Comoedia, quae inscribitur Pax, cum Latina Graeci Dramatis interpretatione Latinorum Comicorum stylum imitata, et eodem genere versuum cum Graecis conscripta a Q. Septimio Florente Christiano, seorsim edita per M. Henricum Rumpium, in usum Gymnasii Hamburgensis. Hamburgi, typis Langianis. —— 111 pp. Praeter adiectas in calce lectionis varietates coniecturasque sine notis.

1820, 8 mai. Aristophanis Pax. Ex rec. Gu. Dindorfii. Lps., Weidmann. —— VIII, 127 pp. Inter subsidia adhibita inprimis per *Seidlerum* confecta collatio codicis Vatic., aliaque denuo accurate facta codicis Raven., editiones priores, antiquique Grammatici in textu constituendo, qui ad metricas rationes, praecipue in choris et in personis distribuendis valde mutatus est, magnum usum attulerunt. Notae tantummodo criticae sunt.

6) A v e s.

1782, 8. Aristophanis Aves, graece. Recensuit, et perpetua adnotatione illustravit Ch. Dn. Beck. Lps., Crusius (*nunc* Vogel). —— 6 *ff.*, 188 pp. 12 *Gr.*

1820, 8. Aristophanis Aves. Textu recognito in us. scholar. edid. A. Sander. Hamm, Schulz. —— II, 130 pp. 12 *Gr.* Veram lectionem, repugnata *Brunckii* mutatione, secundum codices mstos editionesque vetustas in textum recepit. In adiectis notis *Brunckii* tantum lectiones adnotavit. Conf. *Seebodii* kritische Bibliothek 1822, fasc. I. p. 54—61.

1822, 8 mai. Aristophanis Aves. Ex recensione Gu. Dindorfii. Lps., Weidmann. —— XVI, 168. 20 *Gr.* Maximi aestimandis subsidiis in textu emendando usus est. Primus autem integram per *Blochium* factam codicis Hafniensis collationem, qui tamen non multum valet, in usum suum convertit.

7) Lysistrata.

1515, 8. Aristophanis Lysistrate. *Graece.* —— *V.* antea *Bb.* 1515.

8) Thesmophoriazusae.

1515, 8. —— *V.* antea *Bb.*

1545, 4. Τα του Αιγιδιου Βουρδινου σχολια εις την των Θεσμοφοριαζουσων κωμῳδιαν. Paris., Tiletanus. —— 4 *ff.* praefixa, 71 pp. Contextus graecus est adiectus.

9) Ranae.

1524, 4. Aristophanis Ranae, Graecè. Basil., ap. I. Frobenium. —— *Frobenii* praefixum admonitum *Maittaire* in Annal. T. II. p. 651 sq. integrum repetiit.

1540, — 1561, 4. —— *V. antea Bb.*

1561, 4. — graece et latine, cum scholiis Hortensii. LB.

1596, — 1597, — 1625, 8. —— *V.* antea *Bb).*

1797, 8. Aristophanis Ranae. Edidit, commentario illustravit, varietatem lectionis, scholia graeca, indicemque verborum et rerum adiecit I. G. Ch. Hoepfner. Hl., Gebauer. —— XLVI, 198 pp. 21 Gr.

1824, 8 mai. Aristophanis Ranae. Ex recens. Gu. Dindorfii. Lps., Weidmann. —— II, 147 pp. 16 *Gr.* In textu constituendo praeter codicis msti Raven. collationem accuratam, et in editionibus Küsteri, Brunckii, Bentleii, Porsoni, Dobrei prolatas codicum lectiones, aliorum octo codicum mstorum Florent. varietates lectionum, Mediolanensis editionis Suidae, et sic dictum adhibuit librum Poggianum, qui est exemplar editionis Aldinae priorum quatuor comoediarum, cui in *Fr.*

Poggii possessione *Pet. Vettori* aut codicum mstorum, aut ex ingenio elicitas lectiones ad Plutum, Nubes, Ranasque adscripsit. Conf. ephem. schol. univ. 1826, II. no. 8.

10) Ecclesiazusae.

1544, 4. Aristophanis Comoedia, Concionantes, Graecè. Paris., ap. Ch. Wechelum. —— *Maittaire* in Annal. T. III. p. 371 ad hanc editionem adnotat: „Plures, quae hunc annum gerant, Comoedias nondum vidi. Sed notandum est, omnes seorsim excusas à Christiano Wechelo prodiisse anno 1540. Aliae vero, quae annum diversum in titulo exhibent, viz. 1544. (uti haec) vel 1550 (uti Plutus) sunt ejusdem tamen editionis, uti ex collatione paginarum, ciphrarum, ac signaturarum constare cuivis poterit.“

1611, — 1665, — 1674 (*nec* 1675), 4. *Αριστοφανους Εκκλεσιαζουσαι.* Graece, cum Interpretatione noua Latina, Notis et Emendationibus Tanaq. Fabri. —— In *Tanaq. Fabri* Epistolis, Lib. II. epist. 64. (Salmurii, Typis et sumptibus Is. Desbordes et I. Lesnerii). Tom. II. Non fabula inscripta *Θεσμοφοριαζουσαι*, in quo errore *Ebert* in Allgem. bibliograph. Lexicon no. 1105 incidit, hîc continetur, sed fabula inscripta *Εκκλησιαζουσαι*, sive *Concionatrices*, ex nova *Fabri* recensione.

1787, 8. Aristophanis Concionatrices. —— *V.* Aeschylus. *I. Cc).* 3.

1815, 8. Aristophanis Ecclesiazusas e Brunckii, Invernitii, aliorumque recensionibus emendatas et notationibus instructas in usum praelectionum edidit G. C. Rannerus. Nrb., Geyer. —— 12 *Gr.* Sine ullo pretio.

1826, 8 mai. Aristophanis Ecclesiazusae. Ex rec. Gu. Dindorfii. Lps., Weidmann. —— IV, 98 pp. 12 *Gr.* Eadem via rationeque fabulam hanc ac ceteras a se editas tractavit *Dindorfius.* Conf. ephem. Scholast. 1827, II. no. 42; et *Iahnii* Annal. litter. Vol. XIII. P. II. p. 202—216.

11) Plutus.

1517, 4. *Αριστοφανους ευτραπελωτατου κωμικου Πλουτος.* Aristophanis, Comici facetissimi, Plutus, Graeci sermonis studiosis mire utilis. Hagenoiae, in Academia Anshelmiana, mense Novemb. Anno M. D. XVII. —— Edidit *Pet. Mosellanus.* Conf. Nova Miscellan. Lips. T. VI. p. 556 sqq.

1518, 4. *Αριστοφανους Πλουτος.* Aristophanis Plutus, *graece*, cum epistola Theodori Martini Alostensis ad studiosam Lovaniensis Academiae iuventutem. (*Lovanii.*) —— Sic *Panzer* in Annal. T. VII. p. 263, no. 41.

1524, 4. —— *V.* antea *Bb).*

1528, 8. —— *V.* ib.

1531, 4. *ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΕΥΤΡΑΠΕΛΩΤΑΤΟΥ ΚΩΜΙΚΟΥ ΠΛΟΥΤΟΣ.* ARISTOPHANIS FACETISSIMI COMICI PLVTVS. — AD LECTOREM. — Amice lector exhibemus hic tibi || Graecam, Latinis versibus, Comoediam. || Traduximus bona fide omnia integre, || Vt penè uersus uersui respondeat, || Adeoq; ut ipsum saepe Iambum expresserit || Iambus alter, feceritq; pes pedem. || Labor profecto non minor, quam si quispiam || Ex integro scribat nouam Comoediam. || Id, quod scio, mecum probabit interim, || Quisquis parem prouinciam subiicerit. || — NORIMBERGAE APVD IO. PETREIVM ANNO M. D. XXXI. CVM PRIVILEGIO. —— 52 *ff.* Conversio latina a *Venatorio* confecta textui e regione est posita.

1540, 4. —— *V.* antea *Bb).*

1549, 4. *Αριστοφανους κωμῳδοποιων αριστου Πλουτος.* Aristophanis Plutus, jam nunc per Car. Girardum Bituricum, et latine factus, et commentario illustratus. Paris., ap. Mathurin. Dupuys. —— 214 pp. et 1 *f.* Et exemplaria *ap. Ch. Wechel.* extant. Non magni aestimanda editio, cuius commentarius ex Scholiis est compositus.

1550, 4. Aristophanis Plutus. *Graece.* Paris., ap. Gu. Morel. M. D. L.

1557, 4. — Paris., ap. Benenatum.

1561, 4. —— *V.* antea *Bb).*

1567, 4. — Arg.

1585, 4. — ex editione Melanchthonis. Paris.

1596, 12. — 1597, 8. —— *V.* antea *Bb).*

1613, 8. Aristophanis Comoedia, omnium ut optima ita exqvisitiss. et venustiss. cui titulum fecit Plutus, cum versione Metrica Nicodemi Frischlini, ad imitationem Plauti et Terentii reformata. Seorsim excusa in usum novi Gymnasii Hamburgensis. Hamburgi, ex Officina Typogr. Henr. Carstens. —— Rep. 1667.

1625, 8. —— *V.* antea *Bb).*

1667, 4. — Hlmst. —— *V.* 1613.

1695, 8. —— *V.* antea *Bb).*

1711, 8 mai. *Αριστοφανους Πλουτος.*

—— In *I. Patusae* Encyclopaedia. (Vt., Sarum.) Vol. IV. p. 193—239.

1732, 8. —— *V.* antea *Bb*).

1737, 8. Aristophanis Plutus. Graece et Latine, curante I. F. Stübelio. Lps., Weidmann. —— 3 *Gr.*

1744, 8 mai. *ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΠΛΟΥΤΟΣ.* Aristophanis Comoedia Plutus. Adiecta sunt scholia vetusta. Recognovit ad veteres membranas, variis lectionibus ac notis instruxit, et Scholiastas locupletavit Tiberius Hemsterhuis. Harlingae, ex officina Volkeri van der Plaats. CIƆ IƆCCXLIIII. —— XXIV, 484 pp., 13 *ff.* indices. Auctior rep. est a. 1811.

1751, 4. *Αριςοφανους Πλουτος.* Il Pluto di Aristofane, Commedia prima Greco-Italiana in versi, con sue Annotazioni. Opera del Signor Gio. Batt. Terrucci, *etc.* illustrata, e publicata dall' Abate Giuseppe Fabiani. In Firenze 1751. Nella Stamperia Moückiana.

1751, 8. *Αριςοφανους Πλουτος.* Il Pluto o sia il Dio della Ricchezza Commedia di Aristofane. In Venezia MDCCLI. Presso Giambatista Albrizzi q. Gir. Con licenza de' Superiori. —— Edidit *Michelangelo Carmeli.*

1768, 8. Aristophanis Plutus, e rec. Bergleri, et cum eiusdem et Dukeri notis. —— In *Glo. Cph. Harlesii* Chrestomathia graeca poetica. *Cb.* In duabus posterioribus editionibus Chrestomathiae a. 1775 et 1792 est omissa. *V.* 1776.

1768, 8. Aristophanis Plutus. Graece et latine, cum Scholiis graecis selectis in vsum studiosae Iuventutis. Etonae, ap. I. Pote.

1776, 8. Aristophanis Comoedia Plutus, cum Bergleri ac Duckeri integris, Küsteri vero atque Hemsterhusii selectis notis; et Coluthi Raptus Helenae. Curavit suasque animadversiones adiecit Thph. Cph. Harles. Nrb., in offic. Felseckeriana. —— 6 *ff.* praefixa, 276 pp. 16 *Gr.* Ex eiusd. Chrestomathia (*v.* 1768) seorsim expressa.

1784, 8. Aristophanis Comoedia Plutus, cum selectis Küsteri, Bergleri, Duckeri, Hemsterhusii, nec non veterum interpretum, aliorumque notis. In iuventutis litterarum graecarum studiosae usum recensuit, suasque animadversiones et explicationes frequentes adiecit I. Dietr. Alb. Münter. Cellae. —— 16 *Gr.*

1790, 8. —— *V.* antea *Bb*).

1804—1805, 8. Aristophanis Plutus, cum commentario I. F. Fischeri, edid. Csp. Thph. Kuinoel. Giessae, Tasché. Voll. II. —— 360, VIII, 342 pp. 3 *Th.* 4 *Gr.* Selectae ex hoc amplo commentario notae in volumine III. editionis Invernizzianae, sive volum. I. commentariorum recepit *Beckius.* Conf. quoque Diarium class. no. XIV. p. 410—414. et ephem. litt. Jenens. 1807, no. 84.

1811, 8. —— *V.* antea *Bb*).

1811, 8. — Editio nova appendice aucta. Lps., Gerh. Fleischer. —— L, 607 pp. 3 *Th.* 16 *Gr.* Haec editionis a. 1744 repetitio est Excerptis e codd. Paris., notisque *Porsoni* aucta.

1816, 8 mai. Aristophanis Plutus, ex editione Brunckii in usum lectionum academicarum. Trj. ad Rh.

1817, 12. *ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΠΛΟΥΤΟΣ.* Plutus, Comédie d'Aristophane avec un choix de Scholies, et des notes françaises, pour les classes *etc.* par A. T. du Casau. Paris, Brunot-Labbé. —— VIII, 200 pp.

1820, 8 mai. Ric. Porsoni Notae in Aristophanem, quibus Plutum comoediam partim ex eiusdem recensione partim e Msstis emendatam et variis lectionibus instructam praemisit et collationum appendicem adiecit Pet. Paul. Dobree. Ld., Murray. —— XI, 152, 246, 167 pp. 7 *Th.* 12 *Gr.* Adhibiti codices mss. sunt hic primum collati. *V.* Diarium class. no. XLII. p. 365—272.

1821, 8. Aristophanis Plutus. Textu recognito cum scholiis selectis in usum scholarum edid. A. Sander. Hildesiae, Gerstenberg. —— 137 pp. 12 *Gr.* Exceptis scholiis, sine notis.

Dd) *Fragmenta.*

1829, 8 mai. Aristophanis Fragmenta. Ex recensione Gu. Dindorfii. Lps., Weidmann. —— IV, 280 pp. 1 *Th.* 12 *Gr.* Ipse *Dindorfius* Corrigenda et Addidamenta dedit in *Iahnii* Annal. 1831, Vol. I. fasc. I.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

Aa) *Omnes fabulae coniunctim editae.*

1538, 8. Aristophanis, Comicorum principis, Comoediae, è Graeco in Latinum, ad uerbum translatae, ANDREA

DIVO Iustinopolitano interprete. Venetiis. —— Uno fere tenore gravissimi omnes iudices hanc editionem nugatoriam habent.

1542, 8. ARISTOPHANIS, COMICOrum principis, Comoediae undecim, è Graeco in Latinum, ad uerbum translatae, ANDREA DIVO Iustinopolitano interprete. Quarum nomina sequens indicabit pagina. Basileae, M. D. XLII. *In calce*: Basileae, apvd Heredes Cratandri, Mense Martio, Anno M. D. XXXXII. —— 559 pp.

1552, 8. ARISTOPHANIS, COMICORVM principis, Comoediae undecim, è Graeco in Latinum, ad uerbum translatae, ANDREA DIVO Iustinopolitano interprete: *Quarum nomina sequens indicabit pagina.* BASILEAE. *In calce*: BASILEAE APVD HAEREDES CRATANDRI, Mense Martio, Anno M. D. LII. —— 654 pp., et 1 *f.* cum data subscriptione. Singularum fabularum series in hac editione observata, est: Plutus, Nebulae, Ranae, Equites, Acharnenses, Vespae, Aves, Pax, Concionantes, Sacra Cereris Celebrantes, Lysistrate.

Bb) *Singulae fabulae separatim editae.*

1501, 4. Aristophanis Plutus, latine, interprete Francisco Passio Carpensi. Impressum Parmae per Angelum Vgoletum MCCCCCI. die 12. Septembris. —— Sic *Panzer* in Annal. T. XI. p. 497, no. 1.

1533, 8. Aristophanis Plutus carmine latino redditus ab Adriano Chilio. Antverpiae MDXXXIII. —— Sic *Maittaire* in Annal. T. II. p. 789.

1547, 8. Plutus, latine ex versione a *M.* Cabedio. Paris., ap. Mch. Vascos.

1784, 8. Aristophanis Plutus, latine redditus a Rch. Fr. Ph. Brunckio. Cellae. —— Seorsim ex eiusdem integra editione expressa.

B. germanicarum.

Aa) *Omnes fabulae coniunctim editae.*

1810 — 1811 (*nec* 1812), 8. Aristophanes Komoedieen, metrisch übers. v. F. Gli. Welker. Giessen, Heyer. *Voll. II.* —— Continentur germanice conversae *Tom. I.* Nubes; *Tom. II.* Ranae; reliquae adhuc non prodierunt. Accurata translatio, cui additus est copiosus commentarius. 1 *Th.* 20 *Gr.*, nunc 1 *Th.* 4 *Gr.*

1821, 8 mai. Aristofanes von Johann Heinrich Voss mit erläuternden Anmerkungen von Heinrich Voss. Brsch., Vieweg. *Voll. III.* —— 424, 324, 382 pp. 5 *Th.* 16 *Gr.*, ch. membr. 9 *Th.* Complectitur Volumen I. fabulas inscriptas: Acharnenses, Equites, Nubes, Vespae; Volumen II.: Pax, Aves, Lysistrata; et *Volumen III.* Thesmophoriazusae, Ranae, Ecclesiazusae, et Plutus. Metrice est versio composita; commentarius autem, exceptis paucis versioni subiectis notis, adhuc desideratur.

Bb) *Singulae fabulae separatim editae.*

1) Acharnenses.

1794, 8. Die Acharner oder der Friede des Dikäopolis. Aufgeführt an einem der Lenäischen Festtage im 3ten Jahr der 88sten Olymp. u. im 6ten des Peloponesischen Krieges, v. C. M. Wieland. —— In Neuer deutsch. Merkur, m. Aug. sqq. p. 350 — 388; p. 3 — 46; p. 113 — 171.

1809, 8. Eine Scene aus d. Acharnern (*v.* 393 — 488) v. A. W. Schlegel. —— *V.* in eiusd. Vorlesungen über dramat. K. u. Litt. (Hdlb., Mohr. *Voll. II.*) Vol. I. p. 317 — 325. Accurata bonaque versio.

2) Equites.

1797, 8. Die Ritter oder die Demagogen des Aristofanes übers. v. C. M. Wieland. —— In *Attisches Museum* Vol. II. P. I. p. 1 — 144. Praemissa est introductio, in qua multa et de Atheniensibus, eorumque tum tempore indole, et de rebus, qui ad hanc comoediam componendam dabant causam, argute exponuntur.

3) Nubes.

1623, 4. Aristotelis de Poetica liber Latine conversus, et Analytica methodo illustratus. Londini. Typis Thomae Snodhami. CIↃ. IↃC. XXIII. —— *Thomas Burgess* de hac editione, in qua omnes usque ad hunc diem contextum graecum haberi putarunt, primus iam a. 1792 in Musei Oxoniensis Litterarii Speciminum fasc. II. P. II. p. XX sqq. accuratam notitiam protulit; attamen omnes eam neglexerunt, ut *Harless*, *Buhle*, *Brüggemann*, *Krebs*, *Ebert* (quamquam notitiae huius editionis asteriscum apposuit, librum ipsum in manibus non habuisse videtur, sed *Brüggemanni* modo notitiam germanice reddidit), et qui eum presso pede secutus est *Schweiger*. Itaque cum nemo *Burgessii* verba animadverterit, illa huc transscribo. „Hoc igitur, *inquit*, cum pro comperto habuissem, Uptoni fuisse editionem Cantabrigiensem, eiusque notarum magnam partem ejusdem viri docti curis referendam, valde avebam scire, quid et quantum different Goulstoni et Uptoni editiones. Desideratissimum Goulstoni librum diu et frustra conquisivi. Et qui fuerit, quaeris, hujus tam sollicitae inquisitionis exitus? hoc profecto, quod mirandum mihi accidit, ut constet *editionem* illam *Goulstonianam* toties commemoratam, et in editionum indices relatam, omnino nullam esse. Libri enim de poetica non textum edidit, sed Latinam versionem, et Analysin. Libri inscriptio haec est: [*ut supra est data, sequitur hic.*] Libri dedicationi, quae Regi facta est, Goulstoni nomen est subscriptum. Ad finem libri adjectae sunt notae in contextum Graecum una cum hac praefatiuncula: „*Emendationes contextus Graeci.* —— Versionem, quam vides, dum meditarer, composui me ad Graecam editio-

nem Fred. Sylburgii: quam typis ille Wechelianis expressam ex trium editionum (Basiliensis, Camotii, Victorii) collatione emendavit. Ut enim illi ex codicibus calamo scriptis plurimorum locorum emendationes collegerant: Ita is, illorum ope ac fide fretus, complura sanavit; nonnulla etiam sic adnotavit, ut judicium lectori permitteret. Tanti ergo viri et monitu et exemplo inductus, ex ejusdem Lectionibus Variis, quae loca ulterius emendanda arbitrarer, indicare volui. Ne dissimulem etiam aliorum ingenia atque animadversiones mihi subsidio fuisse: Riccoboni, Castelvetri, Casauboni, atque animae acutissimae Daniel. Heinsii. Quae quidem non alio consilio palam feci, quam ut discrepantiae constaret ratio, scribi versionem hanc minus consentientem comperias Codice Graeco; simulque adpareret Lectori, nihil nos ἐν τῷ ῥητῷ summi Philosophi temere vel inconsulto immutare voluisse." —— Omnia haec, ut vides, Latinam versionem ejus spectant, et Sylburgii contextum Graecum: (imo ad Sylburgii libri paginas scriptae sunt *Emendationes*:) de editione sua, quam vel paravisset, vel esset paraturus, ne verbum quidem. Uptoni praefatio versionem Goulstoni, et notas commemorat; libri Uptoniani titulus eum non ex recensione, sed „ex versione Theodori Goulstoni" editum ostendit; eidem porro eiusdem libri in actis Eruditorum censura versionem tribuit. Sed de Graeca editione apud omnes altum silentium. Certe editionem Goulstonianam primus, quod sciam, commentus est Harwoodus, qui inter editiones libri de poetica illum librum Londinensem A. D. 1623, (quem nihil aliud esse nisi Latinam versionem, analysin, ac notas ex jam dictis satis manifestum esse opinor) tanquam Graece et Latine editum citat: in quo viris doctissimis Harlesio et Buhlio fraudem fecisse videatur. Atque hactenus de Uptoni et Goulstoni libris."

CC. Physica scripta.

Aaa) Omnia.

1482, f. Incipit p̄mus liber Ar. stagerite (?) filii Nicomaci de auditu || physico: ī q̄ detm̄at de principiis subiecti qd ē ēs mobili ī cōi. *Haec f.* 1 *a* (*sign.* a ii). *F.* 349 *a:* Expliciunt opera Aristotelis de naturali philosophia impres || sa Venetiis Duce inclito Ioanne Mocenico per magistrum Phi || lipum Venetum: eiusq; impensis diligentissime emendata: Anno || domini Millesimo. CCCC. lxxxii: pridie Nonas Aprilis. —— Continentur hac translatione a *f.* 1 *a:* de physico auditu, *f.* 66 sqq.: de coelo et mundo, *f.* 103 *b* sqq.: de generatione et corruptione; *f.* 124 *b:* de meteoris, *f.* 166 *a*: de anima, *f.* 188 *a:* de plantis, *f.* 200 *a:* de coloribus, *f.* 205 *b:* de morte, *f.* 210 *b*: de intelligentia, *f.* 213 *a:* de lineis indivisibilibus, *f.* 216 *b:* de inundatione, *f.* 218 *b:* de physionomia, *f.* 226 *b:* de causa motus, *f.* 231: epist. Aristot. ad Alex., *f.* 234 *a:* de sensu et sensato; *f.* 242: de memoria et reminiscentia, *f.* 245: de somno et vigilia, *f.* 253: de causis, *f.* 261: de bona fortuna, *f.* 264: de longitudine et brevitate vitae, *f.* 266: de iuventute et senectute et vita et morte, *f.* 276: Metaphysica, *f.* 349 *b* epigramma inscriptum: Petrus Antonius sforzantes de Fauentia. 1 *f.* vac., et 9 *ff.:* Averrois de substantia orbis. 360 *ff.*

1518, f. EX PHYSIOLOGIA ARISTOTE- || LIS, LIBRI DVODETRI || GINTA. 1 De auscultatione naturali octo, 2 De coelo quatuor, 5 De anima tres, Ioanne Argyropylo interprete, 3 De generatione et corruptione duo, 4 Meteorologicorum quatuor, 6 De sensu et sensili vnus, 7 De memoria et reminiscentia vnus, 8 De somno et vigilia vnus, 9 De insomnijs vnus, 10 De diuinatione in somno vnus, 11 De longitudine et breuitate vitae vnus, 12 De iuventute et senectute et vita et morte et respiratione vnus, Francisco Vatablo interprete. — Quibus omnibus, antiqua tralatio tricenos libros continens, ad Graecum per eundem Vatablum recognita: columnatim respondet. CVM PRIVILEGIO. *Haec f.* 1 *a. F.* 336 *a in fine:* PARISIIS. IN AEDIBVS HEN- || RICI STEPHA- NI. MEN- || SE AVGVSTO. M.D.XVIII. —— 2 *ff.* praefixa *F.* 1 *a:* INTRODVCTIO Physica, quae *f.* 2 *b* explicit: Introductionis finis. 336 num. *ff.* et cum *sign.* Priora duo praefixa et num. notata *ff.* habent praeter titulum, et: PRAEFATIO FRANCISCI VATABLI IN TRALATIONES PHYSIOLOGIAE ARISTOTELIS. Nitide impressus. Bibl. acad. et sen. Lips.

1546, 8. — Lgd. —— *V.* 1558.

1554, 8. Physicorum Aristotelis libri. Physica. De coelo. De generatione et corruptione. Meteorologica. De anima. De sensu et sensili. De memoria. De somno. De insomniis *etc.* Argyropolo et Vatablo interpretibus. Lugduni, Gryphius.

1558, 8. Aristotelis Physica, de Coelo,

et de anima libri, Latine, I, Argyropylo interprete. Lgd.

1564, 4. Physicorum Aristotelis libri omnes : Ioachimo Perionio interprete, et per Nicolaum Grouchium correcti. Frcf., Wechel.

1580, 4. Aristotelis Stagiritae Philosophorum principis Philosophiae naturalis libri omnes, Ioanne Argyropylo Byzantio et Francisco Vatablo interpretibus. Coloniae ap. haeredes Birkmanni. *Voll. II.* —— Repetita *ib.*, *Cholinus.*

1590, 4. Aristotelis de natura aut rerum principijs libri VIII. De ortu et interitu libri II. De coelo libri IV. De animo libri III. Meteorologicorum libri IV, et Parva Naturalia, Ioachimo Perionio interprete: iam denuo post Nicolai Grouchij emendationem studiose diligenterque repurgati. Duaci ex officina Ioannis Bogardi.

Bbb) Plura scripta.

1486, f. Tres libri de anima Aristotelis. *In calce:* Notata diligenter uisa et pugili cura auscultata Lamberti de Monte artium magistri expliciunt feliciter anno Domini MCCCCLXXXVI. *Pertinet:* De coelo et mundo et metheororum libri Aristotelis. *In fine:* Questiones magistri Ioh. Versoris supra libros meth. Aristotelis h' feliciter finem habent. *Deinde:* De sensu et senato, de memoria et reminiscentia, de somno et vigilia, de longitudine et breuitate vite. *In calce:* Deo laus. (*Coloniae, ap. Theodoricum.*) —— Sic *Panzer* in Annal. T. IV. p. 274, no. 141.

1505, f. Caietanus super libros de anima. || Eiusdem q̄ones de sensu agente: et de || sensibilibus communibus : ac de intellectu. || Item de substantia orbis Ioannis de gan- || dauo cum questionibus eiusdem. *Haec f.* 1 *a. F.* 2 *a incipit textus*, *explicitque f.* 113 *a:* Subtilissimis q̄onibus in libellum commentatoris de sba || orbis cum expositione textus eiusdem libelli a solertissimo || phyce vitatis indagatore Ioane de gandauo editis : qua || vna cum libris de aīa Aristotelis cum expositione clarissimi || doctoris dn̄i Caetani : cum q̄onibus eiusdem de sensu agente || et de ppetuitate intell's diligentissime correxerunt veneran || dissimi viri. vz dn] magr. Scós Contarenus Uenetu] || sacre theologie pfessor et magister studij ɔuentus fratrum || heremitarum : fraterq; Paulus Panormita : filij veri pa- || tris fratrum heremitarum Doctoris sancte matris ecclie || Augustini Thagastensis. Uenetijs per Gregorium de gregorijs. Cal'. Ian. Mcccccv. *Deinde:* Qones prohemij de substantia orbis. *Infra fig. xyl. F.* 114 *vacat. F.* 115 *b* — *f.* 116 *b:* Tabula in librum de anima.

1519, f. Aristotelis Stagyritae Libri de coelo IIII, Argiropilo interprete. De generatione II, Nypho interprete. Meteorum IIII, Boetio interprete : adiectis Eckii commentaris. Reverendissimo D. Georgio Episcopo Bambergensi D. *In fine:* Excusa in officina Sigismundi Grimm Medicinae doctoris et Marci Vuirsung Augustae Vindelicorum. Anno virginei partus. M.D.XIX. Decimo quinto Kalen. Iunii. —— Sic *Panzer* in Annal. T. VI. p. 155. no. 156.

1521, f. Aristotelis de Generatione et Interitu Libri quatuor. De Mundo: ex opere de Animalibus Libri X, Petro Alcyonio interprete. Venetiis per Bernardinum de Vitalibus MDXXI. —— Sic in Catal. bibl. Pinell. T. I. p. 218.

1532, f. Aristotelis Opera varia, scil. de generatione et interitu libri duo. Meteororum libri quatuor : de Mundo : de Animalibus libri decem, latine, interprete I. Genesio Sepulveda. Parisiis, MDXXXII.

1541, 8. Aristotelis de coelo libri quatuor; de generatione et corruptione libri duo; Meteorologicorum libri quatuor, Latine, ex versione veteri recognita, cum argumentis Raph. Volaterrani, et digressionibus Averrois. Vt., ap. Hi. Scotum.

1546, 8. Aristotelis libri de Generatione et Corruptione; Meteorologica; de Anima; Parva Naturalia, Latine, Fr. Vatablo interprete. Lgd.

Ccc) Singula scripta.

1) De coelo et de mundo.

aa) *duo coniunctim edita.*

α) *Sine l. et a. notitia.*

—, f. Libri quatuor Arestotelis philozo- || phorum omnium principis atȝ (*atque*) mo || narche de Celo et Mundo intitulati || tractantes generaliter de toto vni- || uerso. feliciter exordium recipiunt. *Haec f.* 1 *a. F.* 2 *a* (*sign.* A ij) *versio inci-*

pit: E natura scientia fere plurima esse videtur circa cor- || pora et magnitudines *etc.*, *et explicit f.* 49*b lin.* 6: nobis hoc modo. *Infra Martini Herbipolensis insigne typogr.* —— Nusquam „Lipsiae per Martinum Herbipolensem", ut *Panzer* in Annal. T. I. p. 502, no. 307, et qui eum sequutus est *Hain* in Repert. bibliogr. Vol. I. p. 209, no. 1687, referunt, legitur. 49 *ff.* 24 lin. cum *sign.* Bibl. acad. Lips.

—, f. Aristotelis Quaestio de mundo et celo edita per Nicoletum (Verniam) Theatinum in Patavino Gymnasio Philosophiam legentem. —— Sic *Panzer* in Annal. T. IV. p. 87 secundum *Denisium* in Supplem. ad *Maittairium* Annal. p. 493.

β) Cum l. et a. notitia.

1473, f. *Libri de coelo et mundo, quorum in fine f.* 151 *a:* Noue trãslatõi librorũ de celo ⁊ mũdo siue de motu || ⁊ ueteri ab Averoi Cordubẽsi cõmẽtate: sũmi phi || losophi Ari: ex Stragyra grecie oppido: Nicoma || chi medicine artis ꝓfessoris filii : deo fauẽte maxĩo || finis impositus ẽ (*est*). Nobilis Vincẽtini. Ioãnisphi || lippi Aureliani ⁊ fratrũ impensa: Opera uero atq; || ingenio Laurẽtii Canozii Lẽdenariensis. Impre || sse(?) Pataujj Anno Christi optimi M. cccc. ⁊ Lxx. III. nonas Martii. —— 152 *ff.*, quorum ultimum vacat. Sine *sign. cust.* et num. *ff.* in crassa albaque ch. nitide impressus est hic rarissimus liber. Bibl. acad. Lips.

1495, f. Aristotelis de Celo et Mundo Libri quatuor. *In fine:* Summi Philosophi Aristo. stragyrite peripateticorum principis de celo et mundo : Cum Averrois Cordubensis expositionibus : aureum opus feliciter explicit. Impressum Venetiis studio et impensa egregii viri Octauiani Scoti ex tenebris in lucem redactum anno domini 1495. die vero XXVIII. Novemb. —— Sic *Denis* in Supplem. ad *Maittairii* Annal. p. 385, quem *Panzer* in Annal. T. III. p. 370, no. 1913 est sequutus.

1495, f. Libri de celo et mundo Aristotelis || cum expositione Sancti Thome de || aquino. et cum additione Petri de || aluernia. *Haec f.* 1*a. F.* 2*a:* Incipit vtilis expositio super libro de celo et mundo || Aristotelis secundum mentem sancti Thome de aquino || verissimi Aristotelis expositoris. *In fine:* Hic finit commentum diui Thome de Aquino Ord. Predicatorum super duos Libros de Celo et Mundo cum aliqua parte tertii, qui morte preventus residuum complere non potuit. Quod autem sequitur usque ad finem quarti Libri est egregii doctoris Petri de Alvernia eiusdem Ordinis . discipuli prefati doctoris S. Thome. Uenetijs mandato et sumptibus Nobilis viri dñi Octauiani Scoti Ciuis modoetiensis. Per Bonetum Locatellum Bergomensem. Anno a salutifero partu virginali nonagesimoquinto supra millesimum ac quadringentesimum. Sub Felici ducatu Serenissimi principis Domini Augustini Barbadici. Quintodecimo Kalendas Septembris. *Sequitur registrum et insigne typogr.* —— 76 num. *ff.* et cum *sign.* Char. goth.

1495, f. Diui Thome Aquinatis sacri pre || dicatorum ordinis in libros Aristote- || lis de celo et mundo preclarissima com || mentaria cum additionibus Petri || de aluernia eiusdem ordinis. *Haec f.* 1*a. F.* 2*a interpretatio commentariusque incipit*, *et explicit f.* 72*b:* Impressum venetijs ac studiosissime elaboratum per Gregorium et Ioannem de Gregorijs fratres Anno incar || nationis dm. i.4.9.5. Die vo vltimo Octobris. — Registrum totius operis. a b c d e f g h i k l m Omnes sunt terni. FINIS. —— Cum num. *ff.* et *sign.* Char. goth. Bibl. acad. Lips.

1498, f. *F.* 1*a:* Gaietanus de celo et mundo. *In calce:* Gaietani vicentini prestantissimi in libros ar. (*Aristotelis*) de celo et mundo expositio cum ipso textu ar. accuratissime emendata per Magistrum Ioannem Sicanum Ueronensem. Ac diligentissime Uenetiis impressa per Otinum Papiensem de Luna anno gratie M CCCCXCVIII. die tertio octobris. Sumptu et impensa Benedicti Fontana Ueneti Ducante inclyto principe Augustino Barbadico. —— Char. goth. Cum *sign.* Sic *Panzer* in Annal., T. III. p. 442, no. 392.

1504, f. Aristotelis philoso- || phorum omnium monarche || de Celo et mundo libri quatuor preclarissimi || denuo quibus scatebant mendis ad dei laudem || et studiosorum perfectum diligentius purgati. *Haec f.* 1*a. F.* 2*a* (*sign.* A ij) *incipit interpretatio:* Liber primus de celo. *Explicit f.* 45*b:* Quattuor libri de Celo et Mundo principis phi- || losophorum Aristotelis Lyptzk in officina || Melchior Lotters effigiati anno Millesimo || quingentesimoquarto pridie Nonas Marciàs || finem

cepere felicem. —— 45 *ff.* cum *sign.* lin. 26 sine columnae inscriptione. F. 46 vacat. Char. goth. Bibl. acad. Lips.

1529, 8. Aristoteles de coelo et mundo cum commentario Auerrois. Lugduni apud Scipionem de Gabiano. *In fine:* Lugduni per Jacobum Myt MDXXIX. die XVIII. Decembris.

bb) *singulatim edita.*

1a) de mundo.

1542, 12. Aristotelis et Philonis libri de mundo; Ocellus Lucanus de universi natura, Latine; illi Budaeo, hic Christiano Aurelio interprete, et Simonis Grynaei annotatiunculae in Arist. de mundo. P., apud Iac. Bogardum.

1555, 4. Aristotelis liber de mundo, Latine, Gu. Budaeo interprete. Lt., ap. Mich. Vascosan. —— Rep. 1557.

1556, 4. Aristotelis liber de mundo, Latine, Pet. Alcyonio interprete. Paris., ap. Vascosanum.

1557, f. —— *V.* in *Gu. Budaei* Opp. (Bs.) p. 445 sqq. *V.* 1555.

2b) de coelo.

1560, 4. Aristotelis de coelo libri IIII. Ioachimo Perionio interprete: per Nicol. Grouchium correcti et emendati. Parisiis, ex officina Gabrielis Buon.

2) Meteorologica.

α) Sine l. et a. notitia.

—, f. Libri Metheororum Arestotelis philo || zophorum omnium principis atq; monar || che in latinum translati quatuor. In quib9 non modo subtiliter verumetiam || doctissime enarrat mirabilium effectuum. et in terra. et || supra terram. ex vaporibus et exalationibus generatorum causas. de || generatione comete de lacte. ignibus. et sideribus nocturna || tempestate cadentibus. de generatione nubium. pluuiarum. roris pru || ine. grandinis et aqs fontibus tam calidis quam frigidis. dulcibus et || salitis in terra generatis. de varietate et salsedine marium. fulmine || choruscatione. terre motu. yride. halone. ventis atq; eorundem || generatione. aliaq; mirabilia his in libris apertissime docentur. || Incipiunt feliciter. *Haec f.* 1*a*. *F.* 2*a* (*sign.* A ij) *interpretatio incipit:* E primis quidem igitur causis nature. *etc.*, *explicitque f.* 54*a*: Libri quatuor Metheororum Arestotelis philozophorum princi- || pis atq; monarche in latinum translati Expliciunt feliciter. *Infra insigne typ. Martini Herbipolensis.* —— Lin. 24. Char. goth.

β) Cum l. et a. notitia.

1474, f. *Aristotelis de Meteoris Libri quatuor cum comment. Auerois, quorum in fine f.* 33 *b:* Noue tr̄slatiōi libro⁊ metheoro⁊ ⁊ ueteri s₃ q̄rtu₃ lib⁊ solu₃ ab Aue || roi cordubensī ɔmētate: sum̄i philo || sophi Aristotel' ex Stragyra grecie oppido: Nicomachi medice arsis (?) ꝓ || fessoris filii: deo optīo maxīoq₃ fa || uēte finis impōitus ē. Nobil' uīcētini || Joānisphilippi Aureliani ⁊ frat⁊ īpensa. Opera vero atq₃ īgenio Lau || rētii Canozii Lendenariēsis Impres || se Patauii Anno Christi optimi. MCCCC. q̄rto. ⁊. lxx. octauo Kalēdas Julii. —— 34 *ff.*, quorum ult. vacat. Sine num. *ff.*, *sign.* et *cust.* Bibl. acad. Lips. hunc nitidissimum in crassa ch. impressum librum adservat.

1488, f. Quanquam hoc op9 difficile atq; indignum mihi || esse reputo: *etc. Sic f.* 1*a* (*sign.* a 2) *praefatio incipit. In calce:* Hoc opus impressum est Uenetijs per || Andream de thoresanis de Asula: Anno || domini. 1488. die vero. 12 kl. septembris. —— 22 *ff.* cum *sign.*, lin. 60. Char. goth. Versio Meteororum cum *Averrois* commentario continetur. Caeterum de hac editione non satisfecit *Renouard* in Annales de l'imprimerie des Aldes, T. II. p. 256, accuratius *Hain*, illa visa, in Repert. bibliogr., Vol. I. p. 210, no. 1696 descripsit.

1491, f. *F.* 1*a* (*sign.* a ij): Aristoteles (?) Stagirite Metheororum || liber primus: cum Commentarijs Gaietani || de Tienis. Nuper summa cum diligentia || emendatis. *F.* 69*b*: Expliciunt cōmentaria super quatuor || libros metheororum Aristotelis cum textu || eiusdem dn̄i Gaetani de thenis (?) vicentini || artium et medicine doctorem clarissimum. *F.* 70*a*: Tractatus perutilis de actione editus per dn̄m || Gaetanum de thienis artium et medicine doctorem peritissimum. *F.* 76*b*: Expliciunt Commentaria super quattuor li- || bros metheororum Aristotelis cum textu eius- || dem: et duobus tractatibus *etc.* summa cum diligentia castigata et || emendata per sacre theologie bachalarios || fratrem Franciscum de macerara et fratrem || Petrum angelum de

monte vlmi ordinis mi || norum. Uenetijs impressa cura solertissimorum || virorum Ioannis de foriiuio et Gregorij fra- || trum Anno dñi. M. CCCC. lxxxxj. die xxij. || Mensis octobris. || Laus deo. *F. 77 a insigne typ.* —— 77 *ff.* Char. goth. Sic *Hain* in Repert. bibliogr. Vol. I. p. 210 sq., no. 1697.

1503, f. Text9 quattuor libro- || rum Meteororum Aristo- || telis philosophorum fa- || cile principis bene emendatus. Impressi- || onum Ignee Aeree Aquee Terree docens causas et principia exquisistissime. *Haec f. 1 a. F. 1 b praefatio:* Lectori felicitatem. *qui sic finitur:* „Meteorologicam igitur hanc tam exquisite doctissimeq; ab Aristotele tibi exhibitam naturalis philosophie studiose attencius legito : et incredibili senties te voluptate: pariterq; noua rerum mirandarum experientia affectum. Quam quidem Petrus Sidororius hallen. minimus inter artium magistros academie Lipczen, Mendis etsi non omnibus : cumplurimis tamen : eripuit, atq; in officina Melchior Lotters oppidani Lipczen ad dei laudem et studiosorum profectum quos vides caracteribus effigiari fecit. — Vale lector. *F. 2 a versio ipsa incipit:* Liber primus Meteororum diuiditur in quattu || or tractatus. *Expliciunt f. 66 a:* Libri quattuor Meteororum Aristotelis phi || lozophorum principis atq; monarche Lypczk || in officina Melchiar (?) lotters exarati Anno || M ccccciij. quinto Id9 Mayas finem feliciter cepere. —— Bibl. acad. Lips.

1507, f. Habes solertissime lector in hoc codice libros || Metheoro4 Aristotelis Stragirite peri || pathetico4 principis cū cōmentarijs || fidelissimi expositoris Gaietani de Thienis nouiter īpressos: || ac mēdis erroribusq; || purgatos. — Tractatum de reactione. Et tractatū de inten || sione ₇ remissione eiusdem Gaietani. || — Questiones perspicacissimi philosophi Thi || monis super quattuor libros metheoro4. *Haec f. 1 a. In fine f. 61 b:* Opuscula hec īpressa fuerūt Uenetijs. mādato ₇ expē || sis heredū nobilis viri dñi Octauiani Scoti ciuis ac patri || tij Modoetiensis. p presbyterū Bonetū Locatellū Ber- || gomensem. kalendis decembribus. i507. —— Cum *sign.* et num. *ff.* Bibl. acad. Lips.

1512, 4. Meteorologia Aristotelis. Eleganti Iacobi Fabri Stapulensis Paraphrasi explanata. Commentarioque Ioannis Coclaei Norici declarata ad foelices in philosophiae studiis successus Calcographiae iam primum demandata. *Haec f. 1 a cum effigie xyl. Chelidonii. F. 1 b:* Argumentum in tres libros Meteororum: Ioannis Coclaei Norici. *F. 2 a:* Praestantissimo - Antonio Kress - Laurentianae ecclesiae Praeposito - Io. Coclaeus Noricus. S. P. D. *In fine:* Explicit Meteorologica Aristotelis. quam Stapulensis Paraphrasi extricavit. Coclaeus commentario declaravit. Impressa Norimbergae. In officina Friderici Peypuss. Anno salutis. M. CCCCC. XII. Tertio Idus. Novembris. *Sequitur:* Tabula, *et:* Decastichon Coclaei In Aristotelem.

1516, f. Meteorologia Aristotelis, eleganti Iacobi Fabri Stapulensis Paraphrasi extricata. Lipsiae per Valentinum Schuman.

1532, 8. Aristotelis Meteororum Liber quatuor, et eiusdem Problemata de re Medica, Latine, ex interpretatione Francisci Vatabli. Wittenbergae MDXXXII. —— Sic *Panzer* in Ann. T. IX. p. 93, no. 249.

1542, 4. Aristotelis Meteorologica, Latine, Vatablo interprete. Parisiis, ap. I. Roigny.

1555, 4. — per Ioach. Perionium et Grouchium. Parisiis.

1565, f. — cum commentar. Vicomercati. Venetiis.

3) de anima.

α) *Sine l. et a. notitia.*

—, f. Textus historie de Anima Aresto- || telis philozophorum Peripatheti || corum principis. foeliciter incipit. *Haec f. 1 a. F. 2 a (sign.* A ij) *versio incipit:* (b) Onorum honorabilium noticiam opinantes Ma- || gis autem alteram altera. *etc. explicitque f. 36 a:* Finis textus historie de anima Arestotelis. *F. 36 b:* Dum omnis nostra cognitio incipiat a notioribus nobis *etc. Hic tractatus f. 37 b explicit; infraque Martini Herbipolensis insigne typogr.* —— Char. goth. Bibl. acad. Lips.

—, f. Libri de ani- || ma, Aristotelis philosophorum peripate || tice familie principis et auctoris: nedum || per tractatus: capita: et capitum sectiones siue partes, studiose distincti: || verumetiam per commenta textus, in margine numerorum figuris signata || (que prisca est et apud eruditos magis pro-

bata, in Aristotele partitio) || dinisi: Accurata preterea castigatione reuisi. || — Prenotata deniq; est in libri fron || te Vtilissima Jacobi Fabri Stapulensis, in libros de anima || introductio; summatim scientiam de anima complectens. *Haec f.* 1 *a; f.* 1 *b: incipit:* Breuis introductio Stapulensis in libros || de anima Aristotelis, quatuor complectens partes. *explicitque f.* 2 *b. F.* 3 *a* (*sign.* a A iij) *incipit versio, explicitque f.* 37 *a:* Finis. — Accipe candide Lector grata || mente Très de anima Aristotelis libros. per tractatus: capita: et capitum par || tes studiose accurateq; digestos: cum singularum partium argumen || tis idest sententia lre, in titulis prenotata: textum etiam per commen- || torum diuisionem distinctum numerorum figure et in marginibus et in || lineis suo loco signate. ostendent A mendis deniq; pristinis, quo ad fieri potuit, emaculatus est codex Reliquum igitur vt alieno labo || ri, vel gratum rependas aīm. Impressum est opus hoc per Vuolf- || gangum Stöckel Monacencem ꝛc. Ex castigatione MWSC. *F.* 38 *vacat.* —— Bibl. acad. Lips.

—, 4. Aristotelis tres de anima libri per || Ioannem Argyropylum e greco || in latinum traducti. *Infra:* Epigramma extemporarium in Aristotelis de anima libros. *Haec f.* 1 *a. F.* 1 *b:* Uolfgangus Mosnauer liberalium disciplinarum Magister: venerando patri || Georgio puecher, dominici gregis pastori in vvels felicitatem optat. *F.* 2 *a* (*sign.* a ii): Aristotelis de anima liber prim9: || qui de modo cognoscendi animam || et de antiquorum opinionibus circa || animam tractat foeliciter incipit. *In calce:* Impressum Venetiis per Iacobum de Pentio || de Leuco. X. Kl. nouembris. —— 34 *ff.* 37 lin. Cum *sign.*

—, f. Copulata super libros de Ani || ma Arestotelis cum textu Iu || xta doctrinam excellentissimi do || ctoris sancti Thome de Aqui- || no hic continentur. *Sic f.* 1 *a. F.* 82 *a* (*num. f.* 81): Nota diligenter visa et peruigili cura iterum emen || data circa tres libros de Anima Aresto. Lam- || berti de monte artium magistri ac sacre theolo- || gie professoris iuxta doctrinam insignis et sanc || ti doctoris Thome de Aquino ordinis fratrum predicatorum expliciunt feliciter. *F.* 82 *b* — *f.* 83 *b Registrum.* —— 1 non num. *f.*, et 82 num. *ff.* cum *sign.* Char. goth. Fortasse *Coloniae* per *Quentel* impressus.

—, f. Copulata super libros de || Anima Aristotelis cum tex || tu Iuxta doctrinam excellen || tissimi doctoris sancti Tho || me de Aquino hic ɔtinentur. *Sic f.* 1 *a. F.* 82 *a* (*num.* 81): Nota diligenter visa et peruigili cura iterum emen- || data circa tres libros de Anima Aresto. Lam- || berti de monte artium magistri ac sacre theolo || gie professoris iuxta doctrinam insignis et sancti || doctoris Thóme de Aquino ordinis fratrum pre || dicatorum expliciunt feliciter. *F.* 81 *b* — *f.* 82 *b:* Explicit tabula omnium questionum || huius libri de Anima. —— 1 non num. *f.* praef., 82 num. *ff.* et cum *sign.* Char. goth.

β) Cum l. et a. notitia.

1472, f. *Averrois Commentaria in Aristotelis de Anima, quorum in fine f.* 90 *a:* Noue translationi librorꝫ anime: || ꝛ ueteri ab Aueroi hispano cordu || bensi commentate: summi philoso || phi Aristotelis ex Stragyra gretie || oppido Nicomachi medicine artis || professoris filii: deo fauēte maxīo || finis impositus est. Nobilis Vicen || tini Joannisphilippi Aureliani ꝛ || fratrum impensa. Opera vero atqꝫ || ingenio Laurentii Canozii Lende || nariensis impresse Pataui. Anno || Christi optimi. M. cccc. ii. ꝛ. Lxx. || Decimo Kalendas Decembris. —— 90 *ff.* Sine num. *ff.*, *sign.* et *cust.* Bibl. acad. Lips. hunc nitidissime et in crassa ch. impressum librum adservat.

1481, f. Alberti Magni Commentaria in tres libros Aristotelis de anima, nec non in librum de intellectu et intelligibili. *In fine:* Alberti magni expliciunt libri de anima et de intelligibili Uenetiis per magistrum raynaldum de Nouimagio impressi 1481. —— Cum *sign.* Char. goth.

1486, f. Aristotelis Libri tres de anima cum commentario Caietani Thienensis. *In fine:* Preclarissimi philosophi Gaetani Thienensis Vicentini: commento in tria volumina Aristotelis de Anima deo fauente maximo finis impositus est Henrici de sancto Vso impensa ingenioque diligenter impresso et sollerti cura emendato: Vicen. Anno ab incarnatione domini. M. CCCC. LXXXVI. XI. Cal'. octobris. —— Char. goth., et cum *sign.*

1491, f. Textus triū librorūꝫ de anima || Aristotelis cuꝫ cōmētario secū||dum doctrinaꝫ venerabilis domini Alberti ma-

gni., *Infra fig. xyl. magistri docentis cum discipulis. Haec f. a. F. 1 b in Albertum Magnum epitaphium:* Fenix docto, paris expers. philosrphorum || Princeps. *etc. F.* 2 *a (sign.* a ij) *incipit:* PROOEMIUM LIBRI DE ANIMA *quod versio ipsa sequitur, quae f.* 163 *b finitur:* EXPLICIUNT Cō || mētaria triū libro, de aīa Aristotelis s; do || ctrinā Albti (*Alberti*) magni *etc.* edita in lu || cem p eximiū vir, mgr̄m (*magistrum*) Johānē de Mechi- || linea artiū liberaliū et theologie doctorem || inclyteq; vniuersitatis Coloniens vicecacel- || ariū. Rursusq; *etc.* laboriose ꝛ studiose || reuisa *etc.* per venerabilē *etc.* mgr̄m (*magistrum*) Ger- || hardū de Herdervvick Anno quo et hec im || pressa sunt scz. M. CCCC. xci. in p̄fata vni || uersitate Regentem. Qui et ob maiorē suo, || audito, prouectū et limpidiorē dicto, intelle- || ctū annectere decreuit. Epitoma qd' (*quod*) sequit. *A f.* 164 *ad f.* 173 *Epitome cum fine:* COMMENTARIJ TRIū LIBRO4 ARISTOTELIS DE AīA (*ANIMA*) || *etc.* in famosissima Agrip- || pineū Colonie academia p (*per*) scientem et virtuosum virū artiu; liberaliū mgr̄m (*magistrum*) et sacre theologie. || licentiatū Magistrū Gerardū Herd'- || vvicksensem in eadē laudabilit' regentē absoluti et accura || tissime castigati opera et impensis Johannis Koelhoff Lubicens || *etc.* characterisati || Anno gratie millesimoqqadringentesimo sup (*supra*) nonagesimum vno pridie calendas martias ad || finem usq; perducti sunt de quo sit benedictus Jesus christos theu hyos soter in secula seculo || rum. AMEN. *Deinde in nonnullis exx. sequitur* 1 *f. in cuius pagina versa sigillum urbis cum litt.* J. K. *habetur.* —— 174 *ff.* cum *sign.* Char. goth. mai. et min. In ex. bibl. acad. Lips. commemoratum *f.* ultimum est.

1496, f. Expositio Egidij romani super libros || de anima cum textu. *Sic f.* 1 *a. F.* 2 *a opus incipit, et finitur f.* 84 *a:* Explicit subtilissima expo librorum de aīa Aristotelis a || summo interprete Egidio romano ordinis heremitarum fratre || edita: ex sua sponte fido exemplari: rursusq; reiterata opera di || ligentissime castigato excerpta. Impressa vo Uenetijs man- || dato et expensis nobilis viri dn̄i Octauiani Scoti Ciuis || Modoetien- Anno dn̄i. 1496. Die vltimo Januarij. *Sequitur:* Tabula intitulationum. *quae f.* 86 *a explicit.* —— 86 num. *ff.* et cum *sign.* Bibl. acad. Lips.

1497, f. min. Textus trium librorum de anima Aristotelis cum commentario secundum doctrinam uenerabilis domini Alberti Magni. *In fine:* Absoluti et accuratissime castigati opera et impensis honesti viri Henrici Quentell colon. ciuis impressorie artis calotecnii characterisati Anno gratie millesimo quadringentesimo supra nonagesimum septimo. Sexto calendas Junii. —— Char. goth. Bibl. acad. Lips.

1498, f. Incipiunt libri gloriosissi || mi philosophorum princi- || pis Arestotelis de anima. *Sic f.* 1 *a. F.* 2 *a (sign.* Aij); Pars prohemialis primi libri de anima. *Opus finitur f.* 34 *a:* Et sic est finis. || — Impressum Lypczk per Baccalarium wolfgangum monacensem. Anno millesimo quadringentesimononagesimooctauo. *Infra insigne typ. cum litt.* W. S. *et sigillo Lips.* —— Char. goth. 24 lin. et cum *sign.* Bibl. acad. Lips.

1500, f. Incipiunt libri gloriosissi- || mi Philosophorum princi- || pis Arestotelis de anima. *Haec f.* 1 *a. F.* 2 *a:* Pars prohemialis primi libri de anima. *In calce:* Impressum Lypczk per Baccalarium wolfgangum monacensem. Anno millesimoquingentesimo. *Infra insigne, ut in priore editione.* —— 30 *ff.*, 26 lin. cum *sign.* Char. goth.

1502, f. Incipiunt libri gloriosissimi Philosophorum principis Aristotelis de Anima. *Haec f.* 1 *a. In fine:* Expliciunt gloriosissimi libri Aristotelis Stragerite filii Nichomaei de anima intitulati. Liptzk impensis Jacobi Thanners impressi. Anno 1502. —— Hanc *Leichio* incognitam editionem primus *Freytag* in Adparatu litter., T. I. p. 540 commemorat.

1503, f. Summi Philosophorum prin- || cipis Aristotelis libri tres de || historia Anime foeliciter inci || piunt. *Haec f.* 1 *a. F.* 2 *a (sign.* A ij) — *f.* 37 *b interpretatio, et in fine:* Habes amate Lector Textum de historia anime, iam denuo per tractatuum et || capitulorum distinctionem studiose notatum. Impressum Liptzk per Jacobum || Thanner Herbipolensem. Anno Christi Millesimoquingentesimo tertio. *Infra insigne typ. F.* 38 *vacat.* —— Char. goth. cum *sign.* Bibl. acad. Lips.

1505, f. Summi Philosophorum || principis Aristotelis libri || Tres de hystoria Anime feliciter incipiunt. *Haec f.*

1 *a*. *F.* 2 *a* (*sign.* A ij) *interpretatio incipit:* Liber Primus de Anima. *explicitque f.* 36 *a*: Habes amate lector Textum de historia anime iam denuo per tra || ctatuum et capitulorum distinctionem studiose notatum: Impressum Li- || ptzk per Jacobum Tanner Herbipolensem. Anno gratie 1505 || septimo kalendas iunias. *Infra insigne typ.* —— 36 *ff.* cum *sign.*, 23 lin. Char. goth. Bibl. acad. Lips.

1509, f. min. Liber de Anima Aristotelis, nuper per Johannem Argiropilum de graeco in latinum sermonem elegantissime traductus cum commentariolis divi Thomae Aquinatis iterum explosa barbarie castigatis et revisis iuxta ordinarium processum ducalis academiae Wittemburgensis. *In fine:* Expressum Wittemburgii per Joannem Grönenberg. Anno Virginei partus. M. D. et noni saeculi. IX. —— In ultimo *f.* caput signatis variis sensibus habetur xyl. Bibl. acad. Lips.

1509, f. Commentaria Reverendissimi Patris || Fatris Thomae de Vio Caietani artium, sacrae theo || logiae et ordinis Generalis Magistri || in libros Aristotelis de || Anima. *Haec f.* 1 *a*. *F.* 2 *tres epistolae continentur. F.* 3 *a opus incipit, explicitque f.* 83 *a*: Impressum Florentiae in officina Bartholomei Francisci de Libris, Sumptibus nobilis ciuis Federici Strozae. Anno ab Incarnatione. 509. supra Millesimum Idibus Martiis .✝. — Registrum huius operis. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. Terni omnes. *F.* 84 *vacat.* —— Inter commentarium versio char. mai. est posita capitulatim. Bibl. acad. Lips.

1510, f. Textus trium librorum de Anima Aristotelis, cum commentario secundum doctrinam Alberti magni per Gerardum Herdervicensem, revisus per Io. de Nurtingen. Coloniae opera et impensis liberorum Henrici Quentel. Anno MDX.

1512, 4. Aristotelis, philosophorum Peripatetice familie Principis Libri tres de Anima. Noua et antiqua Translatione editi per Rudolphum Uasserburgensem. In Gymnasio Cracouiensi. Florianus Unglerius Ciuis Cracouien. Impressit. Anno domini 1512.

1514, f. Libri de anima. Aristotelis philosophorum peripatetici familie principis et auctoris: nedum pertractans: capita: et capitum sectiones siue partes, studiose distincti; verumetiam per commenta textus, in margine numerorum figuris signata (que prisca est apud eruditos magis probata, in Aristotele ptitio) diuisi: Accurata preterea castigatione reuisi. *Haec f.* 1 *a*. *F.* 2 *a* (*sign.* a ij) *versio incipit, finiturque f.* 36 *a*: Impressum est opus hoc haud inuobile (?) in famoso Oppido Lipsensi per Vuolfgangum Monacen. Anno virgineo Millesimoqngentesimodecimoquarto. —— Non eodem modo nitida, ut priores editiones. Bibl. acad. Lips.

1514, f. Textus trium Librorum Aristotelis de anima punctuatim emendatus cum interpretatione secundum viam Alberti, Aegidii et S. Thomae. Lips., per Conradum Baumgarten.

1514, f. — cum commentario Th. de Tio Caietani. Venetiis.

1519, 4. cum gemina versione. Cracoviae.

1520 (*nec* 1521), 4. Questiones perutiles librorum de anima Cum adiectione textus noue translationis Joannis Argyropoli Bisantij ab infandis erroribus nuper liberate et ad amussim castigate. *Infra:* Joannis Roserii Eleuteropolitani Austriaci Epigramma. *In fine:* Questiones librorum de Anima per Egregium Dominum Lutree sacre pagine licentiatum collecte ⁊ approbate. Uienne Austrie p Ioāneȝ Singrenīū. Anno Millesimo quingentesimo ⁊ vigesimo. —— Char. goth.

1555, 4. — latine per Joach. Perionium et Nic. Grouchium. Parisiis.

1574, 4. Aristotelis de anima libri tres, cum Averrois commentariis ex antiqua tralatione suae integritati restituta. His accessit eorundem librorum nova tralatio, ad Graeci exemplaris veritatem, et scholarum usum accommodata, Michaele Sophiano interprete. Adiecimus etiam Marci Antonii Passeri Januae disputationem ex eius lectionibus exceptam, in qua cum de horum de Anima librorum ordine, tum reliquorum naturalium serie pertractatur. Venetiis apud Iuntas.

1594, 4. — cum commentario Poli Lauredani. Venetiis.

4) Physicae auscultationes.

aa) integrae.

α) Sine l. et a. notitia.

—, f. *Aristotelis octo libri physicorum seu de physico Auditu, quorum in calce f.*

238 a 1: Noue translationi de physico auditu: ? veteri ab || Aueroi cordubensi commentate. Summi Aristote || lis philosophi ex stragyra grecie oppido Nicoma || chi medicine artis professoris filii. deo favente finis impositus est. (*Patavii, Laur. Canozius.* 1473.) —— 238 *ff.* Sine *sign. cust.* et num. *ff.* Char. goth. Nitidissimum huius rarissimi libri exemplar bibl. acad. Lips. adservat. Duabus columnis est impressus, ut reliquae Aristotelis scriptorum ex hac officina in luces publicam emissae editiones, *v.* antea 1) *β*), 2) *β*) et 3) *β*).

—, f. Textus librorum de physico au- || ditu Aristotelis summi philo || sophorum principis. *Haec f.* 1 *a. F.* 2 *a* (*sign.* A ij) *incipit textus:* QUoniam quidem intelligere et scire contigit circa || omnes scientia *etc. Finitur f.* 90 *a insigni typ. Martini Herbipolensis.* —— „Lipsiae per Martinum Herbipolensem", quod *Panzer* in Annal., T. I. p. 502, no. 309, eumque secutus *Hain* in Repert. bibliogr. Vol. I. no. 1684 adiiciunt, nusquam legitur. Char. goth. 24 lin. Manu adscriptum est annus 1498 in exemplari bibliothecae acad. Lips., quod vidi.

—, f. Copulata pulcherrima at || q; optima super octo libros Phisicorum Arestotel' cum textu. iuxta doctrinam excellentissimi doctoris sancti Tho || me de Aquino ordinis predicatorum. *Haec non num. f.* 1 *a. Num. f.* 1 *a* (*sign.* a i) *textus incipit, explicitque f.* 126 *a:* Copulata diligenti studio pmo correcta. atq; iterum || rum (?) secundo emendata (circa octo libros phisicorum Are || stotelis) artium magistri Lamberti de Monte. ac sac- || cre theologie pfessoris eximij. iuxta doctrinam excellen || tissimi Doctoris sancti Thome de Aquino ordinis predicatorum. feliciter finem habent. *F.* 127 *b:* Finis tabule. —— 128 num. *ff.* et cum *sign.* Char. goth. Fortasse *Coloniae per Quentell* impressus. Bibl. acad. Lips.

—, 4. Libri octo physicorum Aristotelis per Ioannem Argyropylum e graeco in latinum traducti. Joannis Camertis ordinis Minorum; theologorum minimi: in novam Aristotelis translationem: Epygramma. Disticha VI. *In fine:* Vienne Impressum per Jo. Winterburg.

β) Cum l. et a. notitia.

1488, f. mai. Aristotelis Physicorum vel de physico auditu Libri octo cum comment. Gualterii Burlei. *In calce:* Et in hoc finitur expositio excellentissimi phi Gualterii de burley anglici in libros octo de physico auditu A. stragerite diligentissime emendata: impressa arte et expensis diligentissimi viri Jeronimi de durantis *etc.* Impressa Papie. 1488. die 24. mensis Jan. —— Char. goth. Commentarius iam a. 1482, *fol.* prodiit: impressa arte et expensis diligentissimi viri Johannis herbort de almania: et humato iesu eiusq; genitrici virgini Marie sint, gratie infinite. Impressa Uenetiis. M. cccc. lxxxii die quintadecima mensis aprilis. Char. goth. 303 *ff.* cum *sign.* Repetita est haec Burlei: „Impressa arte et diligentia Boneti locatelli bergomensis. sumptibus vero et expensis. Nobilis viri Octauiani scoti modoetiensis. Et humato Jesu eiusq; genitrici virgini Marie sint gratie infinite. Uenetijs, Anno salutis nonagesimoprimo supra millesimum et quadringentesimum. Quarto nonas decembris." 234 *ff.* cum *sign.*

1493, f. Copulata pulcerrima at || q; optima super octo libros Phisicorum Aristotel' cum tex || tu. iuxta doctrinam excellentissimi doctoris sancti Tho- || me de Aquino ordinis predicatorum. *Haec non num. f.* 1 *a. Num. f.* 1 *a* (*sign.* a i): Circa initium || libri Phisicorum *etc. F.* 139 *a:* Copulata diligenti studio primo correcta. atq; ite- || rum emendata (circa octo libros phisicorum Arestote- || lis) artium magistri Lamberti de Monte. ac sacre the || ologie professoris eximij. iuxta doctrinam excellentissi- || mi Doctoris, sancti Thome de Aquino ordinis predi || catorum. feliciter finem habent Impressa Colonie per || Henricum Quentel Anno nonagesimo tercio. *Sequitur regist., quod f.* 140 *b explicit.* —— 2 non num. *ff.* praefixa, et 138 num. *ff.* Char. goth. Bibl. acad. Lips.

1495, f. Aristotelis libri octo Physicorum cum Commento Averrois Cordub. Venetiis. (*per Octav. Scotum.*)

1500, 4. Aristotelis Physicorum libri octo et tota naturalis philosophia cum textu abbreviato Thomae Bricot cum continuatione textus magistri Georgii *etc.* per Johannem de Vingle Lugduni 1500. VIII. Idus Octbr.

1501, f. Aristotelis Physica ex vers. duplici, veteri una, altera Argyropuli cum commentariis Thomae Aquinatis. Venetiis.

1504, 4. Aristotelis Physica et Metaphysica cum comment. et Dialogus Jacobi Fabri. Impress. in alma Academia

Parisiorum per Henricum Stephanum in vico clausi Brunelli e regione Scholarum Decretorum.

1506, f. Summi Philosopho || rum principis Aristote || telis Libri octo de phisico auditu Phisicorum || appellati Nouiter correcti et bene emendati || Quib9 vniuersaliter et in genere totum ne- || gotium phisicum et vniuersalia Philosophie || principia per que propter quid aliorum ostenditur: continentur. *Infra:* Ad Lectorem. — Semina si iuuerit vel causas. noscere rerum. || Entia nature quidue gerant proprij || Huc age reflectas aciem studiosa iuuentus || Consule Aristotelis dogmata rara vafri. *Haec f.* 1 *a.* *F.* 1 *b octo disticha inscr.:* Ex his versibus aliquanto duriusculis Lector facile colliget || Argumenta singulorum librorum huius clarissimi operis. *F.* 2 *a versio incipit, explicitque f.* 91 *b:* Impressum Liptzk per Melchiorem Lotter || Anno salutis. Millesimo quingentesimosexto. *Infra:* Hexastichon ad Lectorem. — Si cupis obstrusas nature elicere mentes || Quid moneant prisci: Candide lector: aui || Surge age: quid torpes? memori quin mente reuolue || Diuinum hoc acris opus Aristotelis || Incuria varijs quod statuit antea mendis || Omnia detersit sedula manus ibi. || Telos. —— 91 *ff.* cum *sign.* Char. goth. nitide impressus. Bibl. acad. Lips.

1506, f. Aristotelis Libri octo de phisico auditu. Physicorum appellati. *In fine:* Impressum Liptzk per Baccalarium Martinum Herbipolensem MDVI.

1508, f. *F.* 1 *a:* Aristotelis physicarum acroasum hoc est naturalium auscultationum liber interprete atq; expositore. Eutyco Augustino Nypho phylotheo suessano ad Marcum Antonium Colunnam strenuissimum ducem. Cum priuilegio. *F.* 239 *a:* Aristotelis stragiritae perhypateticorum principis Acroasum (hoc est) nal'ium auscultationum liber: interprete expositoreq; Eutyco Augustino Nypho Phylotheo Suessano: ad Marcum Antonium Colunnam serenissimum Ducem foeliciter auspicio finem sortitus est. — Venetijs Mandato atq; impensis haeredum Nobilis viri olim Dñi Octauiani scoti ciuis ac patritij Modoetiensis. Per presbyterum Monetum Locatellum Bergomensem. Anno Natalis dñici ex virgine octauo supra millesimum q̄nquiesq; centesimum: Sexto Kalendas septembres. Praestante eodem dño Jesu xpo*χ*: Cui sit honor virt9 et gloria in saecula saeculorum Amen. *Sequuntur privilegium, fig. xyl. et:* Registrum. —— 238 num. ff. et 1 non num. *f.* Bibl. acad. Lips.

1512, f. Summi Philosophorum Principis Aristotelis Libri octo de phisico auditu Phisicorum appellati Nouiter correcti et bene emendati Quibus vniuersaliter et in genere totum negotium Phisicum et vniuersalia Philosophie principia per que propter quid aliorum ostenditur: continentur. — Ad Lectorem. — Semina si iuuerit vel causas noscere rerum || Entia nature quidue gerant proprij || Huc age reflectas aciem studiosa iuuentus || Consule Aristotelis dogmata rara vafri. *Haec f.* 1 *a; f.* 1 *b:* Ex his versibus aliquando duriusculis || Lector facile colliget Argumenta singulorum librorum huius clarissimi operis. *F.* 2 *a* (*sign.* A ij) *versio incipit, et explicit f.* 91 *b:* Impressum Lipzk per Baccalaureum Martinum Herbipolensem Anno salutis Millesimoquingentesimoduodecimo. *Infra:* Hexastichon ad Lectorem. *F.* 92 *vacat.* —— Char. goth. 24 lin. cum *sign.* Bibl. acad. Lips.

1517, f. Expositio D. Tho. Aquinatis super octo libros Physicorum Aristotelis cum duplici translatione, antiqua videlicet et Jo. Argiropyli: correcta quam diligentissime a fratre Bartholomeo Spineo, Pisano. — Item: Summa Linconiensis super octo libros Physicorum. Venetiis.

1518, f. Aristotelis stagyritae acroases physicae Libri VIII, Ioan. Argyropilo interprete, adiectis Ioan. Eckii adnotationibus et commentariis ad illustrissimum D. Ernestum Comitem Palatinum Rheni ac Boiorum ducem. Cum Priuilegio. Henricus Bebelius morbo gravatus hoc distichon extorsit. *etc.* Soli deo gloria Eckius. *In fine:* In Augusta Vindelica, in Sigismundi Grimm Medici et Marci Vuirsung officina. Mense Junio. Anno Gratiae M.D.XVIII. Leone X. Pont. Max. et Maximiliano Imp. Aug. vrbi christiano praesidentib. Cautum priuilegio Caesareo ut in reliquis commentariis Eckianis: neque Deece ennio imprimat aut alibi impressus in imperio venditet, ut in dialecticis totum rescripsimus privilegium.

1519, f. Aristotelis philosophorum principis περι ἀκροασεωσ της φυσικης hoc

est de auscultatione naturali libri octo per Augustinum Nyphum religiosa fide: citra verborum sordes tamen: in latinum sermonem transpositi. *Infra:* Ad lectorem. — En tibi recondita rerum naturalium principia: et miraculorum nature causas *etc.* *Infra:* Lipsiae, ex Aedibus Vuolffgangi Monacensis, sub Anno Millesimoquingentesimo decimonono. *Haec f.* 1 *a.* *F.* 2 *a* (*sign.* A ij) *versio incipit, et explicit f.* 83 *b:* Aristotelis stragiritae perhypateticorum (?) principis Acroasum (hoc est) naturalium auscultationum liber foelici auspicio finem sortitus est. Lipsiaeq; per Baccalaureum Vuolfgangum Monacen. impressus Anno a reconciliata diuinitate Millesimoquingentesimo decimonono. *F.* 84 *vacat.* —— Char. goth. 29 lin. cum *sign.* Bibl. acad. Lips.

1520, 4. Physica Aristotelis cum commentar. Auerrois. Lugduni apud Scipionem de Gabiano. *In fine:* Lugduni per Jacobum Paucidrapium. MDXX. Cal. Octobr.

1520, 8. Aristotelis Stagyritae Libri Physicorum octo cum singulorum Epitomatiis hactenus non impressis, Averroeque eius exactiss. interprete ac M. Ant. Zimarae apostillis: Et haec et alia ejus opera consultis variis exemplaribus tam feliciter expolita sunt, ut hactenus nitidiora non prodierint. Papiae. —— In censura Fabricii B. Gr. ed. Harles. T. III. p. 344 sqq. inserta ephem. litt. Jenens. 1806, no. 227, p. 392 additur.

1520, f. Aristotelis Stagyritae Acroases physicae Libri octo. Johanne Argyropilo interprete adiectis Iohannis Eckii adnotationibus. *In fine:* Augustae vindelic. in officina Sigismundi Grimm et Marci Wirsung M. D. XX.

1521, 4. — latine per I. Argyropilum. Selestad.

1540, 8. — cum digressionibus Auerrois et solutionibus M. Ant. Zimarae. Vt.

1551, f. — latine cum commentario Th. Aquinatis. Venetiis.

1552, 4. Aristotelis de natura aut de rerum principiis libri VIII, Ioachimo Perionio Cormoerio interprete. Eiusdem Perionii in eosdem libros observationes: inserto etiam eiusdem orationis, qua Iacobi Lod. Strebaei calumniis respondit, compendio. Accessit naturalis scientiae compendium ex Aristotele et aliis philosophis, Hermolao Barbaro autore, innumeris quibus antea scatebat mendis Conradi Gesneri opera ac studio purgatum. Basil. per I. Oporinum. *Pag.* 454: MDLII. mense Nouembri.

1552, f. — cum commentario Aug. Niphi. Venetiis.

1554, f. Aristotelis libri quatuor physicorum Aristotelis cum commentariis Philoponi, e Graeco in Latinum translati per Guilielmum Dorotheum, Theologum Venetum. Venetiis.

1554, 4. Physicorum Aristotelis libri omnes: Ioach. Perionio interprete et per Nic. Grouchium correcti Parisiis.

1560, 4. Aristotelis de natura aut de rerum principiis libri VIII. Eodem interprete et correctore. Accessit compendiosissimum argumentum in universam tractationem scientiae naturalis et in primum caput illius partis, quae est de principiis rerum naturalium, studio Matthaei Frigillani Bellouaci. Parisiis, ex offic. Gabr. Buon.

1564, f. Aristotelis de naturali auscultatione Commentarii, nunc denuo recogniti, et eorundem librorum e graeco in latinum per eundem conversio. Venetiis. —— Continentur tantummodo versio latina et commentarius, nec contextus graecus.

1568, 8. Aristotelis de natura, aut de rerum Principijs libri 8, Perionio interprete. Raphaelis Volaterani εἰσαγωγαι in singulos libros. Quibus accesserunt brevia singulorum capitum argumenta. Argentinae.

1569, f. — latine cum commentariis Aug. Niphi. Venetiis.

1584, f. — cum commentar. Vicomercati. Venetiis.

1586, f. — cum commentario Fort. Crellii. Neostadii.

aa) *Delectus.*

1540, f. Aristotelis Physicorum libri duo, latine per Aug. Niphum. Venetiis.

1577, f. Aristotelis de Physico auditu, liber primus. Ludovici Buccaferreae Bononiensis Philosophi praelectionibus explicatus. Accessere sub finem singularum lectionum Argumenta et Catalogus quaestionum, quae in ijs excutiuntur. Basileae per Petrum Pernam.

4) Parva Naturalia.

aa) *Omnia scripta.*

α) *Sine l. et a. notitia.*

—, f. Textus Paruorum naturali || um Arestotilis. *Haec f.* 1 *a.* *F.* 2 *a* (*sign.* A ij)

incipit versio: Capitulum primum libri de sensu et sensato || comprehendens quedam valentia cogni || tionem sequentium. *Finitur opus f.* 34 *a Martini Herbipolensis insigni typ.* — Char. goth. 24 lin. cum *sign.* Duae diversae editiones exstant, quae *Panzer*, alteram in Annal. typ. T. I. p. 502, no. 306 secundum *Leichii* De Origine et incrementis typographiae Lipsiensis. 1740, 4), alteram in Annal. T. VII. p. 234, no. 942 secundum *Thottium*, recte enumeravit. *Hain* tantummodo unam, eamque quae posteriorem adnotavi, in Repert. bibliographico Vol. I. p. 213 exhibet. Bibl. acad. Lips. plura exemplaria habet.

1757, 8. Arriani Nicomediensis expeditionis Alexandri libri septem et historia indica. Graece et latine, cum annotationibus et indice graeco locupletissimo Georgii Raphelii. Accedunt *Eclogae* Photii ad Arrianum pertinentes, cum Lectionibus Variantibus Dav. Hoeschelii: Summaria Librorum distincta et emendata, Index Rerum accuratissimus, nec non Tabula Geographica expeditionis Alexandri. Amstelaedami, Apud Wetstenium MDCCLVII. — XLVIII pp. praefixae, continentes titulum, praefationem, Photii eclogas, et Seriem capitum; 637 pp.; et 93 *ff.*: Index graecus; 6 *ff.*: Index graecus; 6 *ff.*: Index memorabilium; et 2 *ff.* librarii catalogus librorum implet. Quod *Schmieder* praefat, p. VIII. aequum iudicium de hac editione tulit, huc transscribo. „Textus est Gronovianus, *inquit*, quem tribus modo locis paulisper mutavit. Libro V. 14, 11. pro *ὁσοι κατα* ex optimo codice recepit *ὁσοι δε κατα*; VII. 12, 11. *ἠκιϛα δὴ τῇ* et VII. 20, 6. *μικροτερα δὲ*, ex eodem pro *ἥκιϛα τῇ* et *μικροτερα*, quamvis in notis nihil moneret. In notis interdum bene examinantur emendationes a Gronovio vel factae vel commendatae; saepe vero adscriptae sunt Optimi et aliorum codicum variantes, quos Gronovius non receperat. Plures autem, eaeque potiores multis descriptis, neglectae sunt. *etc* Maximam explicationum partem Gronovio debet Raphelius, paucissimas Blancardo. Errat enim St. Croix p. 267, si Raphelium Blancardo sua debere putat. *etc.* Summus ejus et utilissimus labor fuit in construendo indice graeco, quem primus adjecit vere copiosissimum, ut perfectiorem ad alios auctores vix viderim."

1798, 8. Arriani Nicomediensis Expeditionis Alexandri libri septem. Recensiti et notis illustrati a F. Schmieder. Lps., Schwickert. —— XL, 551 pp. 1 *Th.* 9 Gr. In textu constituendo codex optimus Florent. et coniecturae ipsius editoris aliorumque sunt adhibitae. Additae notae et criticae et linguam resque explicantes sunt. Conf. ephem. litter. univ. 1799, I. p. 437—440; Gött. 1798, II. p. 932—935; et *NadB.*, Vol. LXII. p. 455 — 461.

(1818,) 12. Arriani Nicomed. Expeditio Alexandri Magni. *Edit. ster.* Lps., Tauchnitz. —— 14 *Gr.* nunc 7 *Gr.*; ch. sc. 20 *Gr.*

3) de rebus Indicis.

1798, 8. Arriani Historia Indica cum Bonav. Vulcanii interpretatione latina permultis locis emendatiore; recensuit et illustravit F. Schmieder. Hl., Gebauer. —— XIV, 272 pp. et 1 tabula geograph. secundum illas *Vincentii* insertas *Voyage.* 1 *Th.* 16 *Gr.* Caeterum ut praecedens ab eodem editus liber Arriani comparatus est.

4) Ars tactica.

1664, 8. Arriani tactica & Mauricii artis militaris libri dvodecim Omnia, Nunquam ante publicata, Graece primus edit, Versione Latina Notisque illustrat Io. Schefferus. Upsaliae exc. Henr. Curio *etc.* —— 3 *ff.* 122 et 537 pp. et 3 *ff.* Ex codice msto Milanensi, quem *Scheffero Emericus Bigot* suppeditavit, est expressa. Bibl. acad. Lips.

5) De venatione.

1644, 4. *Ἀρριανου Κυνηγετικος.* Arrianus de Venatione (*Graece*), Luca Holstenio interprete. Parisiis, sumptibus Seb. et Gabr. Cramoisy. —— 8 *ff.* praefixa, et 95 pp.

1778, 8. —— Cum Xenophontis *Politicis* edidit *Zeune.*

6) Periplus Ponti Euxini, sive Epistola ad Hadrianum, et Periplus maris Erythraei.

1533, 4. *Αρριανου Περιπλους Ευξεινου ποντου. Του αυτου περιπλους της ἐρυθρας θαλασσης. Αννωνου περιπλους Λιβυης. Πλουταρχου περι ποταμων και ορων. Επιτομη των του Στραβωνος γεωγραφικων.* Arriani & Hannonis periplus. Plvtarchvs de fluminibus & montibus. Strabonis epitome. FRO || BEN. BASILEAE ANNO MDXXXIII. *In fine p.* 206: *Ετυπωθη εν Βασιλειᾳ παρ' Ιερωνυμῳ φρωβενιῳ και Νικολαῳ τῳ Επισκοπιῳ ετει της θεογονιας α φ λ γ.* —— 8 *ff.* praefixa, contin. titulum, praefationem et registrum, 205 pp. et 1 f. in cuius pagina versa insigne typ. Editionem *Sigism. Gelenius* curavit. Contextus graecus est lacunosus neque accurate expressus. Bibl. acad. Lips.

1577, f. Arriani historici et philosophi Ponti Euxini et Maris Erythraei Periplus ad Adrianum Caesarem (*graece*). Nunc primùm è Graeco sermone in Latinum versus, plurimisque mendis repurgatus. Accesserunt et Scholia, quae luculentam Regionum, Gentium, Insularum, Oppidorum, Fluminum, Mercium, caeterarumque rerum memorabilium vtriusque Peripli descriptionem continent, ex accurata veterum ac recentiorum authórum collatione. — Addita est praeter loca, que solers Lusitanorum penetrauit navigatio, omnium cùm Oppidorum, quae Danubius irrigat: tum Fluviorum, qui in eum deuoluuntur, diligens et iucunda observatio, praeterea ipsius Ponti chorographica tabula. Io. Gvilielmo Stuckio Tigvrino avthore. Cum gemino indice rerum scitu dignarum quae in vtroque Periplo explicantur. Lugduni, Barth. Vicentius. —— Alia exemplaria in titulo habent: *Genevae apvd Eustathium Vignon.* M.D.LXXVII., cuiusmodi unum in bibl. acad. Lips. adservatur. *Ponti euxini Periplus* comprehendit 12 *ff.* praefixa (inter *f.* 4 et 5 tabula geogr. ligno incisa), et 193 pp., et 13 *ff.* registrum; *Erythrei maris periplus* cum singulari titulo habebetur in 18 *ff.* praefixis, 109 pp., et 6 *ff.* registrum, et duo alia *ff.* cum additis corrigendis.

1698, 8. Arriani periplus. Graece et Latine, cum notis edid. I. Hudson. Addita est H. Dodwelli dissertatio chronologica. —— *V.* Tom. I. Geographorum *Graecorum* Hudsoni.

1806, 8. *Αρριανου περιπλους ποντου Ευξεινου και της Ερυθρας Θαλασσης.* Graece, cum notis. —— *V.* infra s. v. Geographi. *Συλλογη*, T. I.

1809, 4. Translation of Arrian's Periplus, and Nearchus, with the Greek Text. Ox. —— Cum Alexandri effigie. 15 *sh.*

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

1) de expeditione Alexandri.

aa) *integrum opus.*

α) Sine l. notitia.

—, f. Arriani Historia de rebus Alexandri M. et Aristotelis opuscula varia. Venetiis per Bernardinum de Vitalibus. — Sic *Panzer* in Annal. T. III. p. 496, no. 2802.

β) Cum a. et l. notitia.

1508, f. Arrianus de rebus gestis Alexandri, Latine, Bartholomaeo Facio interprete. *In fine:* Impress. Pisauri opera et impensa Hieronymi de Soncino MDVIII. Die IX. Iunii. Ioanne Sfortia regnante. — 100 *ff.*, quorum ultimum vacat. Rep. 1552 sqq.

1552, 12. — Lgd., ap. Sebast. Gryphium.

1554, 8. — Bernae.

bb) *Delectus.*

1554, 8. Prior liber latine, Facio interprete. Bernae in Heluetia, apud Matth. Apiarium, sumpt. I. Oporini.

B. germanicarum.

Aa) *omnia opera.*

1829, 16. Arrian's von Nikomedien Werke. 1s Bdchen.: Taktik und Geschichte der Feldzüge Alexanders, übers. von Ch. H. Dörner. Sttg., Metzler. — Adhuc II voll. prodierunt. 8 *Gr.* Praemissa est commentatio de Arriani vita et scriptis, et introductio in Tacticam artem.

Bb) *singula opera.*

1) Dissertationes Epicteteae.

1766, 8. Arrians Epiktet. Aus dem Griech. übers. von I. Schulthess. Zürich, Orell. — 1 *Th.* Rep. 1778.

1778, 8. — Rep. in Bibliothek der griech. Philosophen, Vol. II. no. 1.

1801—1803, 8. Arrians Unterredungen Epiktets mit s. Schülern; übers. und mit hist.-philos. Anmerkk. u. einer kurzen Darstellung der epiktetischen Philosophie begleitet von J. M. Schultz. Altona, Hammerich. *Voll. II.* — 2 *Th.*

2) De expeditione Alexandri.

1765, 8. Des Flavius Arrianus sieben Bücher von den Feldzügen Alexanders des Grossen, nebst dessen Indischer Geschichte, übers. und mit Anmerkk. begl. von Gerh. Ch. L. Timäus. Lpz. — 20 *Gr.* Posteriori praeferenda versio.

1790 — 1813, 8. Arrians Feldzüge Alexanders. Aus d. Griech. übers. v. A. Ch. Borheck (, *vollendet durch J. Schulze*). Frkf., Hermann. *Voll. III.* — 2 *Th.*

3) de rebus Indicis.

1710, 8. Arriani Indica, d. i., die Indianische Geschichte oder Reisebeschreibung der Flotten Alexanders des Grossen, aus d. Griech. ins Deutsche übersezzet (*durch G. Raphelius*). Hamb., Ch. Liebezeit. — *V.* 1764.

1764, 8 mai. Arrians indische Merkwürdigkeiten und Hannons Seereisen. Nebst Dodwells Prüfung der Seereisen des Nearch, und Herrn von Bougainville Abhandlung von der Seereise des Hanno. Braunschw. und Wolfenb., Albrecht. — Prioris interpretationis studio *G. Arn. Schmid* emendata repetitio. 1 *Th.*

1765, 8. — *V.* antea 2).

C. gallicarum.

1) de expeditione Alexandri.

1581, 4. Les faits et conquêtes d'Alexandre le grand, par Fl. Arrian, trad. par Claude Vuitart. Paris, chez Morel.

1646, 8 *et* 4, — 1652, — 1654, — 1656 (?), — 1661, — 1664, 8. — trad. par. Nic. Perrot d'Ablancourt. Paris.

1764, 12. — trad. par Perrot-d'Ablancourt, avec des remarques. Paris.

1802, 8. Histoire des expéditions d'Alexandre, par Fl. Arrien de Nicomédie: traduction nouvelle, précédée de la revue des histoires d'Alexandre, d'une introduction ou coup-d'oeil politique sur le siècle de Philippe, et de réflexions sommaires sur la différence et les conséquences de la tactique des anciens et des modernes; augmenté d'un complément historique contenant diverses traditions sur le conquérant, quelques détails de sa vie privée, les jugemens et les parallèles auxquels il a donné lieu; enrichi de notes érudites d'après St.-Croix, le docteur Vincent, d'une table et d'une

carte géographique d'après d'Anville, la Rochette et Rennel, d'une explication, avec tableaux, de la tactique des anciens, *etc.* par P. J. B. Chaussard. Paris. *Voll. III.* —— Cum tabula geograph. in-4. 30 *fr.*

2) De rebus Indicis.

1799, 4. — 1800, 8. Voyage de Nearque, des bouches de l'Indus jusqu' à l'Euphrate; ou journal de l'expédition de la flotte d'Alexandre, redigé sur le journal original de Néarque, conservé par Arrien, à l'aide des éclaircissemens puisés dans les écrits et relations des auteurs, géographes ou voyageurs, tant anciens que modernes; et contenant l'histoire de la première navigation que des Européens aient tentée dans la mer des Indes: traduit de l'anglois de M. Vincent, par J. B. L. J. Billecocq. Accompagné de cartes et du portrait d'Alexandre. Paris. —— *In*-4, 21 *fr.; in*-8, *Voll. III.* 15 *fr.*

3) Ars tactica.

1758, 4. — 1760, 8. Tactique d'Arrien, trad. par Guischard. —— *V.* in eiusdem Mémoires militaires sur les Grecs et les Romains. *Voll. II.*

D. italicarum.

Aa) *Opera omnia coniunctim.*

1826, 4 et 8. Opusculi d'Arriano tradotti da varij. Milano, Gonzogno. —— Pertinet ad *Collana Milanese.* Notae eaeque bonae frugis sunt adiectae.

Bb) *Opera singula.*

1) De expeditione Alexandri.

1544, 8. Arriano di Nicomedia, chiamato nuovo Xenofonte de i fatti del Magno Alessandro Re di Macedonia. Nuovamente di Greco tradotto in Italiano per Pietro Lauro Modonese. In Venetia. M.D.XLIIII. Co'l privilegio del Summo Pontefice Paulo III. et dell' Illustriss. Senato Vinitiano per anni dieci. *In fine*: In Vinegia appresso Michele Tramezino M.D.XLIIII. —— 8 *ff.* praefixa, 178 num. *ff.* et in fine 1 *f.* Pertinet ad *Collana Greca.* Rep. 1730.

1730, 4. Arriano dei fatti del Magno Alessandro *etc.* Verona per Dionisio Ramanzini. —— Ex priore repetita, pertinetque ad Collana istorica del Giolito.

1793, 4. Le Guerre di Alessandro Magno, di Arriano da Nicomedia, trad. per Pier. Lauro Modanese. Roma, per Gio. Desiderj.

2) De rebus Indicis.

1558, f. Nauigatione etc. Venezia. —— Haec editio indicatur in Catal. Bodleiano, T. I. p. 76.

1563, f. Nauigatione di Nearcho Capitano d'Aless. tradotta dal Ramusio di greco in toscano. Vt. —— Hanc notitiam ex Catalogo bibl. Barberinae, T. I. p. 78 desumpsi.

1563, f. Nauigatione dal Mar Rosso fino all' Indie Orientali tradotta per il Ramusio dalla lingua greca nella toscana. Venetia. —— Haec notitia in Catalogo bibl. Barb. T. I. p. 79 habetur.

1588, f. La navigatione di Nearco Capitano d'Alessandro Magno, la quale scrisse Arriano scrittor greco, tradotta dalla sua storia di lingua greca nella Toscana. —— Continetur in: Viaggi di Giambatista Ramusio, Vol. I. (Flr., lunta.) p. 269 sqq.

3) Periplus Ponti Euxini.

1559, f. Lettera di Arriano Filosofo ed Historico nobilissimo all' Imperador Adriano circa la sua nauigatione intorno al Mar maggiore. Venetia. —— In catal. bibl. Barb. p. 79 indicatur. Rep. 1588.

1588, f. —— *V.* in: Viaggi del Giambatista Ramusio, Vol. II. p. 193.

E. anglicarum.

1) Dissertationes Epicteteae.

1766, 8. The Discourses of Epictetus: collected and preserved by Arrian, his Disciple. In four Books. Translated from the Greek. Printed in the Year MDCCLXVI.

1) De expeditione Alexandri.

1729, 8. Arrian's History of Alexander's Expedition. Translated from the Greek. With Notes historical, geographical, and critical. By Mr. (*John*) Rook. To which is prefix'd, Mr. le Clerc's Criticism upon Quintus Curtius; and some Remarks upon Mr. Perizonius's Vindica-

tion of that Author. And to which is added: 1. Arrian's Indian History. 2. His Account of the Division of the Empire, after Alexander's Death. 3. Raderus's Tables. 4. A Catalogue of all the Authors, wo have wrote this History. 5. An exact and succinct Chronology of the whole. 6. A compleat Alphabetical Index. London, printed for Th. Worrall, I. Gray, L. Gilliver, and J. Willock. *Voll. II.* —— 16 *sh.* Plurimi faciunt hanc editionem, deque ea conf. Present State of the Repub. of Lettres, 1729. May. p. 375 sqq., Rep. 1814.

1814, 8. — Ld., *Voll. II.* —— 1 *L.* 1 *sh.* *V.* 1729.

3) De rebus Indicis.

1797, 4mai. The voyage of Nearchus from the Indus to the Euphrates, collected from the original journal preserved by Arrian and illustrated by authorities ancient and modern, containing an account of the first navigation attempted by Europeans in the Indian ocean. London. —— Cum tabulis geographicis. 1 *L.* 7 *sh.*

4) De venatione.

1830, 4. — London, Bothe.

5) Periplus maris Erythraei.

1800, — 1805, 4mai. Periplus of the Erythrean sea, containing an account of the navigation of the ancients from the sea of Suez to the coast of Zanguebar. London. *Voll. II.* —— Cum figg.

1807, 4. The commerce and navigation of the ancients in the indish ocean. Ld. *Voll. II.* —— Cum figg. et tabulis geogr. Nearchi et Arriani interpretatio hic continetur.

III. *Illustrantia Arrianum scripta.*

( ) Observationes duae, vna in Arrianum, altera in Festum. —— *V.* in Miscell. Observatt. in Auctorum, Vol. IX. T. III. p. 380.

(F.) Vindication of the translation of Arrian's periplus of the Euxine Sea. —— *V.* in Class. Journ. no. XXX. p. 317 — 319.

F. Iac. *Bast:* Arrianus emendatur secundum ordinem, et explicatur. —— *V.* eiusdem Epistolam criticam. (Lps., 1809, 8) p. 36 — 41, p. 12 et 108.

— —: Arriani de venatione codex commemoratur et secundum codicem emendatur. —— *V. ib.* p. 34, 82, 93, 105, 178, 227.

W. *Blane:* Cynegetica, or essays on Sporting, consisting of Observations on Hare-Hunting, containing an Account of the Hare-Hunting and Coursing of the Ancients, from Xenophon and Arrian; *etc.* A new Edition. Ld., Stockdale. 1788, 8.

Ch. *de Brosses:* Le Periple, ou circuit du Pont-Euxin. —— *V.* in Mémoires de l'Acad. des Inscr., T. XXXII. p. 627 sqq., T. XXXV. p. 475 sqq. *V.* eiusdem quoque Histoire de la république romaine par Salluste, T. III. P. 2. in Appendice.

P. O. *van der Chys:* Commentarius geographicus in Arrianum de expeditione Alexandri. Cum tabula geographica (*imperii Alexandri M. composita per F. Kaiser*). LB., apud Cyfvear. 1828, 4. —— XVI, 139 pp. 1 *Th.* 12 *Gr.* Tabula geographica separatim 18 *Gr.* Diligenter quae inprimis Angli in descriptionibus itinerum a se peractorum prodiderunt in hoc perpetuo commentario sunt adhibita.

de St. Croix: Examen critique des anciens historiens d'Alexandre le Grand. Paris, 1775, 4. *Edition II.* Paris, 1810, 8. —— Hunc magni aestimandum librum esse satis inter omnes constat. Anglice quoque conversus extat: Critical inquiry into the life of Alexander the Great, from the French, with notes and observations by Rich. Clayton; illustrated with a map of the marches of Alexander the Great. London, 1793, 4. Huic versioni animadversiones tabulaeque geographicae insuper sunt adiectae.

Anquetil *Duperron:* Sur l'histoire indienne d'Arrien. —— *V.* in Mémoires de l'Acad. des Inscr., T. XLIX. sect. III. p. 570 sqq. Praecipue de hoc opere agitur num genuinum sit.

Tanaq. *Faber:* Loci tres Arriani in historia Alexandri emendati, ut et unus in Melpomene Herodoti; Locus Arriani in II. ἀναβάσεως emendatur. —— *V.* eiusdem *Epistolarum Lib. I.* epp. LXXII. et LXXIII.

Iac. J. F. F. *Gronov:* Supplementa lacunarum in Aenea Tactico, Dione Cassio et Arriano de expeditione Alexandri. LB., ap. Dan. a Gaesbeck. 1675, 8. —— Quae in Arrianum protulit a p.

162—176 supplementa, ex magni momenti codice msto sunt deprompta.

J. G. *Hager*: De Arriano geographo antiquissimo illiusque periplis. Progr. Chemnitzi, 1766, 4.

Thd. *Hasaei* Observatio ad locum Peripli maris Erythraei de vocabulo: Eitenediommenuthesias. —— *V.* in Bibl. Bremens. Class. VI. fasc. I. p. 189 sqq.

Pt. *Horrei* Observationes criticae ad Arrianum. —— *V.* in eiusdem Observationibus criticis in scriptores quosdam historicos. (Harlingae, 1736, 8) p. 533 — 561.

William *Ouseley*: Inscription on the tomb of Arrian. —— *V.* in Class. Journ. no. XXXII. p. 394.

Iac. *Palmerius a Grentesmenil*: Exercitationes in Arrianum. —— *V.* eiusdem Exercitationes in optimos fere auctores graecos. (LB., 1668, 4) p. 234 — 241. Non sine ullo pretio.

Zanobi *Perelli*: Dissertazione sopra un passo d'Arriano, Lib. II. 9. —— *V.* in Dissertazioni dell' Acad. di Cortona, T. VIII. p. 28.

G. *Raphelii* Emendatio loci cujusdam in Arriani historia indica, cap. XIII. no. 6. —— *V.* in Miscellaneis Observationibus, Vol. IV. T. II. (Amst., 1734, 8) p. 270 — 272.

— —: Annotationes philol. in N. T. ex Xenophonte, Polybio, Arriano et Herodoto collectae. Hmb., 1715, 8. —— Rep. 1747, 8. *voll. II.* adiectis *Hemsterhusii* annotationibus.

F. *Schmieder*: Specimina II notarum criticarum in Arriani Nicomediensis de Alexandri M. expeditione libros IV priores. Hl., 1795, 8.

Schweighäuser: Notae in Arrianum. —— *V.* in Magazin Encyclopédique, Vol. I. P. 3. p. 445 sq.

Stempkofsky: Izslédovanié o mestopologénii drevnikh gretcheskikh possélénii mejdou tirassome i borysthènome. Petersb., 1826, 12.

ARSENIUS.

Fabr. B. Gr. T. VIII. p. 838; *ed. n.* T. I. p. 744.

—, 8 min. *Αποφθεγματα φιλοσοφων και ϛρατηγων, ῥητορων τε και ποιητων.* Praeclara dicta philosophorum, imperatorum et poetarum ab Arsenio archiepiscopo Monembasiae collecta. *Accedit: Γερας ει μ' ὀνομασειας σπανιον των σπουδαιων, ουκ αν αμαρτοις, δηλαδη, της αληθειας φιλε.* ***Partt. II. in 1 vol.*** —— *Pars I.* 116 *ff.*; *Pars II.* 30 *ff.* *sign.* α – δ. F. 1 continetur epigramma graecum. Rarissimum neque omnino spernendum opus *Morelli* et qui eum secutus est *Chardon de la Rochette* (v. eiusdem Notice sur le Manuel du Libraire et de l'amateur des livres, par M. Brunet. Paris, 1810, 8, p. 6, quae notitia repetita est ex Magasin encyclopédique. 1810. Avril. p. 426 sqq.) non ex *Callergi* officina typographea, sed ex illa *Leonis* X. Pontificis Maximi (, cui quoque est dedicatum), in monte nunc nominato *Monte Cavallo* Romae exstructa, ex qua etiam Porphyrii Quaest. Homer. in Gymnasio mediceo, 1518, 4, deinde Commentarii in Septem Tragoedias Sophoclis Gr. in lucem sunt emissi, prodiisse putant. *Fabricius* putat Florentiae esse impressam hanc collectionem; *Bandinius* autem in Catalogo MSS. graec. bibl. Laurent. Vol. I. p. 549. Romam impressionis locum habet. Praeterea *Arsenius* Scholia in Euripidem edidit. De codice chartaceo sec. XVI., qui collectionem edita longe locupletiorem continet, et inscripta est Ἰωνια sive Violetum, *v. Ch. F. Matthaei* notitiam codicum Mss. graec. Bibliothecar. Mosquens. (Mosq., 1776, f.) p. 14 sq., ubi primam eamque magnam epistolae dedicatoriae partem publicavit; deinde de alio codice huius collectionis v. *Bandinii* Catalogum codicum graec. Bibl. Mediceae, Vol. I. p. 547 sqq., ubi p. 547 sq. epistola integra dedicatoria ad Leonem Pontificem graece edita extat. De collectione ipsa codice msto contenta et de illa iam typis descripta *Bandinii* verba p. 549. col. 1 adscribimus: „Fabricius B. Gr. T. VIII. p. 838. ait hanc syllogem Arsenii editam esse, ut putat Florentiae, sine temporis et loci nota in 8., T. vero X. p. 223 editam adserit Romae; quod probabilius putamus. Hanc editionem a Fabricio memoratam habemus in Marucelliana Bibl., a qua tamen diversus est noster Codex, quippe qui et Epistolam longiorem praefert, et multo uberioribus auctorum sententiis refertus est, et diverso ordine concinnatus; in illa enim apophthegmata iuxta litteras, a quibus nomina auctorum incipiunt, in hoc vero iuxta ordinem rerum, de quibus agitur, disposita leguntur." *Ant. Mar. Bisconius* quoque in Bibl. Medic.-Laurent. Catalog. T. II. p. 59 sq. de huius collectionis codice msto disserit, inseruitque, ut *Bandini* l. c., indicem auctorum, quorum e scriptis apophthegmata sunt collecta. *Matthaei* l. c. p. 14 de huius operis pretio iudicat sic: „Delectus in hoc libello est satis perite, acute et studiose

factus;" sed alii aliter iudicant, et pro nihilo fere habent. Hic liber iam editus extat s. h. titulo:

1832, 8. Ἀρσενίου Ἰωνιά Arsenii Violetum, ex codd. mss. nunc primum edidit, animadversionibus instruxit et alia quaedam inedita adiecit C. Walz. Sttg., Löfflund. —— VI, 517. Pretium non comperi. Editus est ex *Matthaei* apographo, quod bibl. reg. Dresd. adservat. De hoc Arsenii opere cf. quoque *Wyttenbachium* in praefat. ad ed. Plutarchi Moral. T. I. ed. Oxon. in-8. p. LXXV sq., ed. Lips. T. I. P. I. p. LI sq. *Arsenii* Monembasiani epigramma in Cretae praefectum Hieronymum Donatum, ineditum editur graece e cod. Monach. chart. no. DXIV. in *I. Ch. Baroni de Aretin* Beyträge zur Geschichte und Litteratur, Vol. IX. (Monachii. 1807, 8) p. 752 sq. Occurrit quoque in Bibl. Vindob. Lambec. lib. III. p. 40. 200, apud Nessel. P. I. p. 355. *Arsenius* non 1435, ut apud *Fabricium*, bibl. Gr. Vol. X. p. 222 dicitur, sed anno 1535 Venetiis obiit, *v.* Lambec. lib. VII. p. 236 sq. et *Bandini* in Catal. codicum graec. bibl. Medic. Vol. I. p. 85 not.

ARTEMIDORUS Daldianus.

Fabr. B. Gr. T. III. p. 404 sqq.; *ed. n.* T. V. p. 260 sqq.

I. *Editiones textus graeci.*

1518, 8. *ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ ΟΝΕΙΡΟΚΡΙΤΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΠΕΝΤΕ ΠΕΡΙ ΕΝΥΠΝΙΩΝ ΩΣ ΛΕΓΟΥΣΙΝ.* ARTEMIDORI De somniorum interpretatione Libri Quinq;. DE INSOMNIIS Quod SYNESII Cuiusdam nomine circumfertur. *Infra Aldi insigne typ., et in calce:* a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x Omnes quaterniones praeter X ultimum duernionem. — VENETIIS IN AEDIBVS ALDI, ET ANDREAE SOCERI MENSE AVGVSTO. M.D.XVIII. *In pagina versa insigne Aldi typ.* —— 164 num. *ff.*, quorum quatuor priora, titulus, *Francisci Asulani* praefatio, atque index implent. Ex codice msto lacunoso bibl. Marc. Venet., ubi adhuc quoque no. CCLXVIII. in-4 adservatur, haec editio princeps rarissima est expressa. Pars contextus graeci cum versione italica legitur in: Difesa di Dante del Mazzoni, T. I. p. 184.

1603 (*nec* 1604), 4. Artemidori Daldiani Oneirocritica, (*Graece cum Latina versione Iani Cornarii,*) et Achmetis Sereimi F. Oneirocritica, (*cum Lat. versione I. Leunclavii,*) Astrampsychi et Nicephori versus etiam oneirocritici, (*cum interpretatione Latina I. Opsopaei et Nic. Rigaltii. Accedunt*) Nic. Rigaltii ad Artemidorum Notae. Lutetiae, ap. Marc. Orry. (*Alia exx.*: ex officina Claudii Morelli.) —— *Cornarii* versio non magni habetur. Illae lacunae, quae ex codice Venet. in editionem principem transierunt, etiam hic occurrunt; praeterea multis mendis est inquinatissima editio. Nonnunquam in notis doctis maximique aestimandis (attamen tantummodo usque ad lib. II. cap. 68 se extendunt) *Rigaltius Isaaci Casauboni* nomen provocat.

1805, 8 mai. *Ἀρτεμιδώρου Ὀνειροκριτικά.* Artemidori Onirocritica; ex duobus codicibus Mss. Venetiis recensuit, emendavit, polivit, notis integris Nicolai Rigaltii et Io. Iac. Reiskii suisque illustravit, item indices copiosos adjecit Io. Gothofredus Reiff, Saxo. Lps., Crusius (*nunc* Vogel). *Voll. II.* —— XXIV, 439, 519 pp. 4 *Th.* 12 *Gr.*, ch. membr. 6 *Th.* Primum scitu necessarium, hac in editione aliter ac in illa *Rigaltii* capita esse distincta et numerata; liber I. 82 loco 85, liber II. 70 loco 75, et liber III. 76 loco 67, et liber IV. 84 loco 86 capita comprehendit. In contextu graeco emendando *Reiffius* duobus (no. CCLXVII. et no. CCLXVIII.) codicibus Venet., quos iam *Morelli* in sua Bibliotheca Mss. Graeca et Latina (Bassani. 1802, f.) p. 153—158 adcurate descripsit, ita ut ex codice CCLXVII, cui autem in calce 7 folia desunt, multas codicis CCLXVIII suppleret lacunas aliaque menda emacularet, usus est. Volumen primum, omissa versione latina, contextum graecum subiectis lectionis varietatibus, duorum codicum et tabulas tres graece conscriptas, alteram capitum secundum eorum inscriptiones, et laudatorum ab Artemidoro scriptorum, alteramque rerum et verborum: et volumen secundum *Nic. Rigaltii*, *Reiskii* ex eiusdem Animadversionibus *etc.* repetitas, ipsiusque editoris notas continet. Conf. magni habendam censuram huius editionis in ephem. litter. Jenens. 1811, no. 264, 265, 266, 267 et 268.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

1539, — 1544, 8. Artemidori Daldiani Philosophi excellentissimi, De somniorum interpretatione, Libri Quinque, Iam primum à Iano Cornario medico physico Francofordensi, latina lingua conscripti. Basileae anno MDXXXIX. *In*

calce: Basileae per Hieronymum Frobenium et Nicolaum Episcopium, mense septembri, Anno MDXXXIX. — Rep. 1546.

1546, 8. — Lugduni.

B. germanicarum.

a) Sine a. notitia.

—, 8. Traumbuch Artemidori des Griechischen Philosophi, darinnen vrsprung, vnterschied, vnd bedeutung, allerhand träumen, wie dieselben eynem im schlaaff fürkommen mögen, auss natürlichen vrsachen gründlich ausgelegt vnd erklärt worden. — Samt eyner erinnerung Philippi Melanchtonis von vnterscheyd der Träume, Vnd angehencktem Bericht, was von Träumen zuhalten seie. *Infra insigne typ., infraque:* Cum Gratia et Priuilegio Caesareo. Getruckt zu Strassburg, durch Theodosium Richel.

β) Cum a. notitia.

1597, 8. — Strassburg.

1600, 8. — Amberg.

1624, — 1634, 8. Artemidori Traumbuch, oder vom Vrsprung, Vnterscheid und Bedeutung allerhand Traeume; Samt einer Erinnerung Phil. Melanchthonis vom Vnterscheid der Traeume, und angehaengten Bericht, was von Traeumen zu halten sey. Strassburg, durch Cph. von Heyden.

1666, — 1713, — 1721, 8. — Leipzig.

C. gallicarum.

a) Sine a. notitia.

—, 16. — Paris, chez la veuve J. Bonfons.

β) Cum a. notitia.

1555, 8. — Lyon, chez J. de Tournes. — Epitome tantum per *Ch. Fontaine* adornatum. Rep. 1566, 1596.

1566, 16. — Paris, chez Gu. Cavellat.

1596, 12. — Paris.

1609, 8. Artemidore de l'explication des songes, avec le Livre d'Augustin Niphus des Divinations. A Lyon.

1664, 12. Les Jugemens Astronomiques des Songes, par Artemidorus, augmentez par Auguste Niphe sur les Augures (*trad. par Ch. Fontaine*), et un Traité fait sur les Divinations, par Antoine du Moulin. A Paris.

D. italicarum.

1540, 8. Artemidoro *etc.* Venetia per Gabriel Jolito.

1542, 8. Artemidoro Daldiano Philosofo eccellentissimo dell' interpretatione de sogni novamente dal Greco in volgare tradotto per Pietro Lauro Modonese. Con gratia e Privilegio per anni X. In Venetia per Gabriel Jolito de Ferrarii. M. D. XLII. *In fine:* In Venetia per Comin de Trino de Monferrato nelli anni del Signor M. D. XLII.

1547, 8. Artemidoro Daldiano Philosofo *etc.* nuovamente *etc.* Con Gratia et Privilegio. In Vinegia Appresso Gabriel Giolito de Ferrari. MDXLVII. — Ex praecedente expressa est.

1558, 8. Artemidoro *etc.* In Vinegia appresso Gabriel Giolito de' Ferrari MDLVIII. — Prioris interpretationis est repetitio.

E. anglicarum.

1563, — 1644, 8. A pleasaunt Treatise of the interpretation of sundrie dreames gathered parte out of the woorcke of the Learned Phylosopher Ponzettus, and part out of Artemidorus. (*By Theod. Hill.*) Ld., imprinted by Th. Marshe.

1690, 12. The interpretation of Dreams digested into five Book by that Ancient Philosopher Artemidorus, compiled in Greek, translated into the Latin, Italian, French and Spanish, and now more exactly rendred into English, pleasant and profitable for all People to read. The Tenth Edition corrected by an Original Copy, with the Life of the Author, and more Additions, with the Judgment of some modern Authors concerning the Use of Dreams, with a Table. Ld., Th. Bever.

III. *Illustrantia Artemidorum scripta.*

Bandini: De Artemidori codicibus mss. bibl. Laurent.-Mediceae. — *V.* eiusdem Catalogum codicum graecor. bibl. Medic.-Laurent., T. III. p. 387 sqq.

F. Jac. *Bast:* Artemidorus emendatus et explicatus. — *V.* eiusdem Epistolam criticam. p. 137 et 267.

Traug. F. *Benedict:* Notae criticae ad Artemidori Oneirocritica. *Progr.* Schneeberg., impr. Fulde. 1821, 8. — 32 pp.

Lamb. *Bos:* Observationes criticae in Artemidorum. — *V.* in Observationibus criticis miscellan. (Franequerae. 1707, 8) Cap. 21 sqq.

J. Jac. *Reiske:* Animadversiones ad Artemidorum. — *V.* eiusdem Animadver-

siones ad graecos auctores, Vol. V. p. 627—722.

Iac. *de Rhoer*: Artemidori loca quaedam indicantur, vel emendantur, vel explicantur. Achmetis Lectiones quaedam e codice Mss. excitantur, et cum vulgatis conferuntur. Iterum Achmetis lectiones e codice Mss. excitantur et cum editis contenduntur. —— *V.* eiusdem Otium Daventriense. (Daventriae, van Wezel. 1762 8) cap. XIV, XV, XVI et XVII.

I. H. *Valesii* Emendationes in Artemidorum. —— *V.* in eiusdem Emendationum libro I. cap. 17—22.

ARTEMIDORUS Ephesius.

Fabr. B. Gr. T. III. p. 407, p. 36 sq.; *ed. n.* T. V. p. 264 et T. IV. p. 613 sqq.

1600, 8. Artemidori Ephesii fragmenta geographica. Edidit primus Dv. Hoeschelius. —— *V.* in eiusdem Geographicis Marciani Heracl. *etc.* (AV., ad insigne pinus.) p. 94 sqq. Haec est editio, quae in Catalogo bibl. Leidens. p. 197 citatur sic: Artemidori geographica, graece per Dav. Hoeschelium. AV., 1600, 4. (falso pro *in* - 8.) *cum notis mstis Isaaci Vossii.*

1698, 8. —— *V.* I. Hudsonii Geographiae veteris scriptores minores graecos, T. I. in calce *Marciani* Geographicorum ibidem editorum.

1765, 4. Duo fragmenta Artemidori Ephesii, primus edidit R. M. van Goens. —— *V.* eiusdem Animadversiones ad Porphyrium de antro Nympharum, p. 57. Haec duo fragmenta non in *Hudsonii* collectione habentur.

1804, 8 mai. *Αρτεμιδωρου γεωγραφου περι του Νειλου.* Artemidori geographi fragmentum de Nilo, e codice ms. (CCLXXXVII) bibliothecae electoralis Monacensis nunc primum editum et latinitate donatum a Fr. Xav. Berger. —— *V.* in *I. Cph. Baroni de Aretin* Beyträge zur Geschichte und Literatur. (Monachii.) Vol. II. no. V. p. 49—53.

ASCLEPIADAE.

I. *Editiones textus.*

1807, 8. *Ασκληπιαδων υγιεινα παραγγελματα.* Asclepiadarum praecepta de sanitate conseruanda, antiquissimum rei medicinae monumentum, e cod. ms. 336. bibliothecae Regiae Bauaricae eruit, integritati suae restituit, versione latina metrica notisque illustravit Fr. X. Berger. —— *V. I. Ch. Baronis de Aretin* Beyträge zur Geschichte und Litteratur Vol. IX. (München) p. 1001 sqq. Praemissa est praefatio, in qua de Asclepiadarum origine, aliisque ad eos pertinentibus rebus agitur. Contextus graecus est sine accentibus exhibitus.

II. *Illustrantia Asclepiadas scripta.*

Ch. F. *Harless*: De Medicis veteribus Asclepiades dictis. Prolusio acad. Bonnae, typis Thormanni. 1828, 4. —— 31 pp. Asclepiadarum ordinem historia Asclepiadae Bithyni sive Perusae critica orditur. V. *Heckeri* Litterarische Annalen der gesammten Heilkunde. 1828, m. Oct. p. 265 sqq.

ASCLEPIADES Bithynus.

Fabr. B. Gr. T. XIII. p. 90 sq.

I. *Fragmentorum collectiones.*

1794, 8 mai. Asclepiadis Bithyni Fragmenta, digessit et curavit Ch. Gli. Gumpert. Praefatus est Ch. Gf. Gruner. Vimarii. —— 188 pp. 18 *Gr.* Conf. ephem. litter. univ. 1795. II. p. 285—287. Ante ut dissertatio inauguralis usque ad p. 39 prodiit *Jenae*, 1794, 8. *V.* infra s. v. Asclepius.

II. *Illustrantia Asclepiaden scripta.*

I. Fortun. *Bianchini*: La medicina d'Asclepiade. Venezia, (1769,) 8.

C. F. *Burdach*: Scriptorum de Asclepiade index. Diss. inaug. Lps., 1800, 4. —— 37 pp.

— —: Asklepiades und John Brown, eine Parallele. Lpz., 1800, 8.

At. *Cocchi*: Discorso primo sopra Asclepiade. Fr., 1758, 4. —— Anglice conversa haec dissertatio prodiit *Ld.*, 1762, 8.

Just. F. C. *Hecker*: Ueber Asklepiades. —— *V.* in Encyclopädisches Wörterbuch der medicinisch. Wissenschaften. Herausgegeben von Gräfe, Hufeland, Link u. Rudolphi, Vol. III. (Brl., Boike. 1829, 8.)

ASCLEPIADES Tragilensis.

1818, 8. Asclepiadae Tragilensis Tragedumenon Reliquiae. Diss. postuma Fr. Xav. Werferi. —— *V.* in Actis philolo-

gorum Monacens., T. II. fasc. IV. (Monachii.) p. 489 sqq.

ASCLEPIUS.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 11, 54 sqq.; *ed. n.* T. I. cap. 12, et p. 62 sqq.

I. *Editiones textus graeci.*

1554, 4. Ἀσκληπιου ὁροι προς Ἀμμωνα βασιλεα. Aesculapii definitiones ad Ammonem regem. (*Libri III.*) — *V.* cum Mercurii *Trismegisti* Poemandro. Paris., ap. Adr. Turnebum.

1591, f. Asclepii libri tres definitionum ad Ammonium regem, gr. et lat., Patricio Interprete. Ferrariae. — Cum *Patricii* Novis de universis philosophiae libris.

II. *Editiones versionum.*

1519, 8. — e Graeco in Latinum traductae per Lud. Lazarelum. — Adiectae sunt Opusculo inscripto: Duellum Epistolare, Galliae et Italiae antiquitates, item plures ad Symphor. Campegium Epistolas, complectens.

1554, — 1561, 4. Asclepii Definitiones ad Ammonem regem, Latine, Mars. Ficino interprete. — Extat una cum *Marsilii Ficini* versione Latina Poemandri. Paris., ap. Gu. Morellium. Et in *Ficini* Opp. (Bas., 1561, f.) T. II.

ASIUS.

I. *Collectio reliquiarum.*

1830, 8. Asii Samii Carminum, quae supersunt. — *V. Bachii* collectionem Callini fragmentorum. Cf. *Valckenarium* in Diatribe ad Euripidis Hippolytum, p. 58 sq. not.

II. *Versiones.*

1826, 8. Asios von Samos zwei Distichen, übers. v. W. E. Weber. — *V.* eiusdem Die Elegischen Dichter der Hellenen. (Frkf. a. M.) p. 7, et *v. ib.* p. 449 sq.

III. *Illustrantia Asium scripta.*

Steph. *Weston:* Asii locus apud Athenaeum emendatur. — *V.* eius Hermesianacten sive Coniecturas in Athenaeum. (Ld., Nichols. 1784, 8 mai.) p. 43 sqq.

ASPASIUS.

Fabr. B. Gr. ed. Harles. T. III. p. 265 sq.

I. *Editiones textus.*

1536, f. Aspasii commentarius in I. II. IV. VII. et VIII. Ethicorum Aristotelis. — Cum Eustratii commentario in Aristotelis ethica. Vt., Aldus.

II. *Editiones versionum.*

1541, — 1542, — 1543, f. — Cum Aristotelis Ethicorum versione latina.

1662, 4. — *V.* Aristoteles. III. initio.

ASTERIUS.

Fabr. B. Gr. T. VIII. p. 607 sqq.; *ed. n.* T. IX. p. 513 sqq.

I. *Editiones textus.*

AA. Homiliae.

aa) *Plures coniunctim editae.*

1) Quinque coniunctim editae.

1615, 4. S. Asterii Episcopi Amaseni Homiliae, Graece et Latine, nunc primum editae (*per I. Brantium*), Ph. Rubenio interprete. Ejusdem Rubenii carmina, orationes et epistolae selectae, itemque amicorum in vita functi pietat. Antverpiae, ex officina Plantiniana. — Continentur hac editione homiliae: 1) De Diuite et Lazaro (Luc. XVI. 19 sq.), 2) De oeconomo iniquitatis (Luc. XVI. 1 sq.), 3) Adversus avaritiam, 4) Adversus donationes, 5) Num liceat dimittere homini uxorem suam quacunque ex causa (Matth. XIX. 3) ex codice cardinalis *Ascanii Columnae.* Repetitae sunt a. 1624 et saepius.

1624, 4. — graece et latine. — *V.* in *Front. Ducaei* Auctario Bibl. PP. (Paris.) T. II. p. 563. Ope codicum *Ducaeus* recensuit. *V.* 1615 et 1644.

1644, f. — graece et latine. — *V.* in Bibl. PP. (Paris.) T. XIII.

2) Duodecim coniunctim editae, et laudationes.

1648, f. Asterii Homiliae duodecim, cum Laudatione Stephani, S. Protomartyris et Encomium in sanctos Martyres; et Enarratio imaginis, qua exprimitur

martyrium clarissimae martyris, Euphemiae; et decem Excerptis Photinis. Graece Latine et cum notis variorum edid. Fr. Combefisius. —— *V.* eiusdem Novum Auctarium Bibliothecae Graecolat. Patrum T. I. (Paris.) col. 1—266, et *laudatio* p. 283. Haec laudatio in nonnullis codicibus ad Proclum, Constantinopolitanum, refertur. Praeter illas iam a. 1615 saepiusque editas quinque homilias, alias IV nondum evulgatas *Combefisius* edidit. Illae postremo memoratae homiliae sunt: 1) In Danielem, prophetam, et Susannam, 2) In coecum a nativitate (Ioh. IX.), 3) In sanctos principes apostolos, Petrum et Paulum, 4) In S. martyrem, Phocam, Sinopensem.

3) Septem in Psalmos editae.

1681 (*nec* 1677 *nec* 1688), 4. Asterii Homiliae in Psalmos V, VI, et VII ex Ms. bibliothecae Regiae Paris. Graece cum versione Latina et notis I. Bapt. Cotelerii. —— *V.* eiusdem Monumenta Ecclesiae Graecae T. II. (Paris.) p. 1—81. Homiliae quinque in Psalmum V, a p. 1—48; homilia in psalmum VI a p. 48—63; homilia in psalmum VII a p. 63—81 habentur.

bb) *Singulae editae.*

1612, f. Asterii Homilia in psalmum quartum, e codice Caesareo graece edidit H. Savilius. —— Inter Ioannis *Chrysostomi* opp. (Etonae.) T. VII. p. 431. Asterio vindicatur a *Cotelerio*, qui in supra laudatorum Monumentorum T. II. p. 516 sq. codicis regii varias lectiones publicavit.

1710, 8. *Ἀστεριου αμαθειας λογος κατα πλεονεξιας.* —— *V.* in *Patusae* Encyclopaedia philol. (Vt., 1709. *Voll. II.*; rep. *ib.* 1742 et 1758, 8) T. II. p. 307 sqq. Extat hic graece tantum homilia.

BB. Orationes.

1618, f. Asterii Adhortatio ad poenitentiam, graece et latine interprete Pt. Fr. Zino. —— Inter Gregorii *Nysseni* Opera, *in* Adpendice, no. 67. Rep. 1638.

1638, f. —— Inter Gregorii *Nysseni* Opera. (Paris.) T. II. p. 165. Asterio ex Photii auctoritate tribuitur.

1617, 4. Asterii Adhortatio in ingressum ieiuniorum. —— Sub Gregorii Nysseni nomine edita inter Anastasii *Sinaïtae* Quaestiones et Responsiones sacras, per Iac. Gretserum. *Ingolst.* Photii auctoritate Asterio tribuitur.

1618, f. — graece et latine. —— *V.* in Adpendice operum Gregorii *Nysseni*. Rep. 1638.

1638, f. — gr. et lat. —— Inter Gregorii *Nysseni* Opera (Paris.) T. II. p. 247.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

Aa) *opera integra.*

1) Quinque coniunctim editae homiliae.

1618, f. Asterii homiliae quinque, latine. —— *V.* in Bibl. PP. (Colon.) T. IV. Illae sunt homiliae, quae a. 1615 graece et latine prodierunt. Repetitae sunt, adiectis pluribus, a. 1677.

2) Homiliae duodecim etc.

1688, f. Asterii homiliae duodecim, et laudationes duae, cum fragmentis aliorum eiusdem Operum, Latine, ex interpretatione Fr. Combefisii. —— *V.* in Bibl. Maxima Patrum. (Lgd.) T. I. p. 807—842. Hic quae in supra laud. textus editione a. 1648 graece et latine habentur, tantummodo latine extant.

Bb) *Fragmenta.*

1628, f. Asterii fragmenta nonnulla, latine interprete Balth. Corderio. —— *V.* eiusdem versionem Catenae graecorum patrum ad Lucam. Antverpiae.

B. germanicarum.

aa) *Omnes homiliae.*

1831, 8. Die Homilien des Asterius von Amasea. (Uebersetzung, Anmerkungen u. Abhandlungen.) Von J. G. Veit Engelhardt. Erl., gedruckt mit Kunstmann'schen Schriften. —— 52 pp. Hoc in programmate continentur germanice conversae homiliae: 1) De divite et Lazaro, 2) De oeconomo iniquo, 3) Adversus avaritiam. In admonitione scriptioni praemissa, ceteras homilias in singulis se subsequendis programmatibus, iisque finitis, no-

tas atque aliquot tractatus editum iri indicatur.

bb) *singulae homiliae.*

1825, 8. Des heiligen Asterius Strafrede gegen die Feier des Festes der Kalenden übers. u. erläutert von Brescius. —— *V.* in: Neues Archiv für Pastoral-Wissenschaft, Vol. I. Sect. II. (Brl., Rücker) p. 234 sqq.

C. gallicarum.

1691, 8. —— *V.* infra s. v. Basilius M. *II. C.* 1) *aa)* 1 *a).*

1695, 12. Les homilies d'Asterius, Eveque d'Amasée, traduites en François, par François de Maucroix. Paris, Denys Thierry. —— Conversae habentur homiliae quinque, quae a. 1615 graece et latine prodierunt, deinde Enarratio imaginis, qua exprimitur martyrium clarissimae martyris, Euphemiae.

III. *Illustrantia Asterium scripta.*

I. Bapt. *Cotelerius:* Variae lectiones codicis regii ad Asterii homiliam in psalmum quartum. —— *V.* supra I. AA. bb).

ASTRAMPSYCHUS.

Fabr. B. Gr. T. III. p. 409 sqq.; *ed. n.* T. V. p. 265 sq.

1538, 8. (*Astrampsychi*) Versus somniorum interpretes. *Graece.* —— In *ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ἑλληνικά.* (Bs. *V.* Anthologia.) Ibi inter alia onirocritica, sine auctoris nomine exhibetur Astrampsychi oneirocriticon, sed LXXXIV versus.

1583, 8. Centum Astrampsychi versus cum Hi. Wolfii latina versione, edid. Herm. Germbergius. —— Cum XIV centuriis Proverbiorum, collectis e Suida, gr. et lat. Basileae.

1599, 8. Astrampsychus versus somniorum interpretes. Graece et Latine, versibus a F. Morello expressi. Paris., Fr. Morellus.

1599, 8. Astrampsychi oneirocriticon a Ios. Scaligero digestum: graece et latine. —— Cum Oraculis Sibyllinis et Oraculis metricis Iovis, Apollinis, *etc.* a I. Opsopoeo collecta. *Parisiis.*

1603, 4. Astrampsychi Versus oneirocritici. —— Cum Artemidoro.

1605, 4. — ex editione Rigaltii, edidit I. Meursius. —— In eiusdem Libro de luxu Romanorum capite ultimo mantissae. (Hagae Com.) Rep. 1631.

1621, f. — gr. et lat. edid. Iul. Caesar. Bulengerus. —— Ex *Iunii* editione exhibuit *Bulengerus* in T. I. Opusculorum, Lib. V. cap. 5. *V.* 1708.

1631, 4. —— *V.* 1605.

1689, 4. Astrampsychi Oneirocriticon a Ios. Scaligero digestum et castigatum, Graece et Latine. —— Adiectum Oraculis Sibyllinis a Gallaeo editis. *Amst.*

1708, 8. Astrampsychi Oneirocritici versus LXXV. Graece, totidem versibus Latinis redditi ab Hadr. Iunio. —— *V.* eiusdem *Animadversiones.* (Roterod.) p. 59 sqq. Primum 1556, 8. *Bas.* prodierunt.

ASTROLOGICA.

1532, 4. Astrologica quaedam opuscula. Graece et latine (*per Ioach. Camerarium*). Norimb., ap. I. Petreium. —— Insunt; 1) Ratio orbis solaris, qui circulus est ductus per XII simulacra caeli, quemque victum usurpare singulis mensibus conveniat; 2) Excerpta ex Hephaestionis Thebani iudiciis, eque aliis veteribus scriptoribus de XII coeli locorum appellationibus et effectionibus; 3) Decreta planetarum seu quarumque errantium stellarum per signa Zodiaci; 4) Quid luna significet in uno quoque signo. Hoc graece et latine; 5) Libellus Vetti *Valentis* Antiochei ex primo libro Floridorum. Latine tantum; 6) Mercurii *Trismegisti* Iatromathematica sive medicationes accommodate ad astrologicam rationem ad Ammonem Aegyptium. Graece tantum.

ASTRONOMICA.

1589, 8. Astronomica veterum scripta isagogica. Graece et Latine. Insunt Procli Sphaera; Arati Solensis Phaenomena et Prognostica. Leontius Mechanicus de constructione Arateae Sphaerae, graece. Aratea Phaenomena ex poetica interpretatione *M. Tullii* Ciceronis, *Festi Rufi* Avieni, Germanici *Caesaris*, cum commentariis incerti auctoris; veterum poetarum fragmenta astronomica, *C. Iulii* Hygini poetica, astronomica, *etc.* (*Heidelb.*) In officina Commeliniana. (*In aliis exemplaribus:*) In officina Sanctandriana. —— Hac diversitate decepti nonnulli huius collectionis duas diversas editiones enumerant, sed non recte.

ATHANASIUS Alexandrinus.

Fabr. B. Gr. T. V. p. 297 sqq.; *ed. n.* T. VIII. p. 171 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Omnia opera.*

1601, f. *Του ἐν ἁγιοις πατρος ἡμων ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ Ἀρχιεπισκοπου ἀλεξανδρειας τα εὑρισκομενα ἁπαντα. B.* Athanasii Archiepiscopi Alexandrini Opera quae reperiuntur omnia, in duos tomos tributa. Graece nunc primum (ex Mss. Codd. Basil. Cantabrig. Palatin. et aliis) in lucem data, cum interpretatione Latine (?) Petri Nannii Alcmariani, et aliorum vbi illa desiderabatur. Accesserunt Fragmenta varia: Notae variarum lectionum: Index triplex. Ex officina Commeliniana. *etc.* CIↃIↃCI. *Titulus tomi I. — Tom. II.:* Opervm Sancti Patris nostri Athanasii Archiepiscopi Alexandrini Tomus Secundus. Continens ea, quae a diuersis interpretibus ex Graeco in latinum Sermonem conuersa sunt: inter quae non pauca, quae tam Graece quam Latine nunc primum eduntur: Adiectis etiam iis quae Graece haberi non potuerunt. Subiecta ad finem veterum de Athanasio Elogia, Fragmenta operum amissorum: tum Varians lectio ex vetust. Mss. Codd. Palatin. Basil. Angl. et aliis. Additus Index nouus, copiosus, triplex. In officina Commeliniana. Anno CIↃIↃC. Cum gratia et Priuilegio. *Deinde:* Ad Opera S. Patris Nostri Athanasii *etc.* in qua elogia Athanasio a veteribus tributa, fragmenta et tituli operum amissorum, extantium etiam lectiones variae copiosissimae; insertis non raro observationibus et emendationibus: collecta omnia Opera et studio P(*etri*) F(*elkmanni*) C(*uronaei*). Ex officina Commeliniana cIↄIↄcı. Cum gratia et priuilegio. —— 7 *ff.* praefixa, 858 pp., et 1 *f.* cum hac notitia: Secundus Tomus continebit Opera D. Athanasii à diuersis interpretibus Latine reddita; 643 pp. et 52 *ff.* Indices; 120 pp. *Pet. Felckmann* tantummodo hanc adpendicem, quae sola a. 1601 prodiit, saepeque desideratur in exemplaribus occurrentibus, cum duo priores tomi iam a. 1600 sint evulgati, curavit, ubi tum illis titulus novus cum a. 1601 praefixus est. Sic (*Goetz*) in: Dresdner Merkwürdigk., T. I. p. 363 sq. Bibl. acad. Lips.

1627, f. *Ἀθανασιου Ἀρχιεπισκοπου Ἀλεξανδ. τα εὑρισκομενα ἁπαντα. S.* Athanasii Archiepiscopi Alexand. Opera quae reperiuntur omnia. Graece et Latine. (*Cura I. Piscatoris.*) Parisiis, Michael Sonnius *etc. Voll. II.* —— Appendix prioris editionis hîc non habetur; ceterumque multa male sunt mutata multaque omissa.

1686, f. *Του ἐν ἁγιοις πατρος ἡμων Ἀθανασιου ἀρχιεπισκοπου ἀλεξανδρειας τα εὑρισκομενα ἁπαντα.* Sancti Patris nostri Athanasii archiepiscopi Alexandriae opera qvae reperivntvr omnia. Editio Nova juxta Parisinam Anni MDCXXVII adornata, Quam haec editio aliis hactenus vulgatis locupletior sit Epistola ad Lectorem indicabit. Cum indicibus necessariis. Coloniae (*Lipsiae*), sumptibus Mavritii Georgii Weidmanni. MDCLXXXVI. *Voll. II.* —— 19 *ff.* praefixa, 1087 pp.; 4 *ff.* praefixa, 704 pp. Tum singulari titulo et paginarum numeris: Encomium et vitae aliquot divi Athanasii archiepiscopi Alexandriae a diversis conscriptae, quorum nomina aversa pagina ostendet. 138 pp. Sequuntur 70 *ff.*, quae indices implent. Non adcurate est impressa.

1698, f. *Του ἐν ἁγιοις πατρος ἡμων Ἀθανασιου ἀρχιεπ. ἀλεξανδρειας τα εὑρισκομενα παντα.* Sancti patris nostri Athanasii Archiep. alexandrini opera omnia quae extant vel quae ejus nomine circumferuntur, Ad mss. codices Gallicanos, Vaticanos, *etc.* necnon ad Commelinianas lectiones castigata, multis aucta: nova Interpretatione, Praefationibus, Notis, variis lectionibus illustrata: nova Sancti Doctoris vita, Onomastico, et copiosissimis Indicibus locupletata. Opera et studio Monachorum Ordinis S. Benedicti e Congregatione Sancti Mauri. Parisiis, Sumpt. Ioannis Anisson Typographiae Regiae Directoris. M.DC.XCVIII. Cum privilegio regis. *Tomi II in III Voll.* —— Mortuo *Iacobo Lopino* ad finem perduxit atque edidit opus *Bernardus de Montfaucon.* Magni aestimatur. Bibl. acad. Lips.

1777, f. *Του ἐν ἁγιοις πατρος ἡμων Ἀθανασιου Ἀρχιεπισκ. Ἀλεξ. τα ευρισκομενα παντα.* S. P. N. Athanasii Archiepiscopi Alexandrini Opera omnia quae extant vel sub eius nomine circumferuntur ad Mss. codd. Gall. Vatic. *etc.* nec non ad Commelin. lectiones castigata multis aucta, nova interpretatione, praefationibus, notis, variis lectionibus illustrata *etc.* Studio Monachorum Ordinis S. Benedicti novissimis nunc curis emen-

data et quarto volumine aucta (*opera Nic. At. Guistiniani*). Patavii, typis seminarii. *Voll. IV.* —— Omnia, quae adhuc evulgata erant, opera, hic continentur. Tria priora volumina illa, quae in priore editione extant, continentur, volumini autem quarto insunt ea opuscula, quae post illa *Montfaucon*, *Wolf*, *Maffei*, et *Antonellus* ediderunt. Conf. tamen ephem. litterar. Gotting. 1778, no. 114, p. 921 sqq. *V.* infra.

Bb) *Plura opera.*

1706, f. Athanasii Opuscula nonnulla, Graece cum versione latina et notis primus edidit Bern. de Montfaucon. —— *V.* in *Bern. de Montfaucon* Collectione nova Patrum Graecorum, T. II. *(Paris.)* p. 1—112. Continentur hic: 1) *Eugenii*, diaconi Ancyrani, legatio ad Athanasium, primum edita ex apographo bibl. Ambrosianae, a p. 1 — 4. 2) Athanasii Alex. Archip. sermo maior sive liber de fide, ex uno sed multis in locis truncato et mutilo cod. bibl. Laurentianae, p. 5 — 19. Athanasii dua fragmenta huius libri ex Theodoreto et Gelasio ante dederat Montfaucon, T. I. p. 1282; 3) Athanasii duo fragmenta historica ex cod. Steph. Baluzii, gr. et lat. p. 19 sq.; 4) Athanasii Epistola ad monasticam vitam agentes, graece ex codicibus Mediceo et regio, quae ante latine tantum extabat, graece et latine, p. 22; 5) Fragmenta Athanasii commentariorum sive sermonum in S. Matthaei Euangelium, gr. et lat. p. 23—41. Plura et meliora, quam ante, ex Mss. et Catenis hic prodierunt; 6) Fragmenta ex Commentariis S. Athanasii in Lucam; gr. et lat. p 41—48; 7) Athanasii Homilia in Canticum Canticorum, ex Msto. Ambrosiano, gr. et lat. p. 49—55; 8) Eiusdem Homilia de sapientia, gr. et lat. p. 55 — 63; 9) Eiusdem Homilia in ramos palmarum, p. 63—65; 10) Eiusdem Homilia in dictum Apostoli Pauli 2 Cor. XII. 2. 2 Cor. XII. 7. p. 65 sq., p. 67 sq. Ex codice msto bibl. monasterii S. Basilii Romae; 11) Athanasii Argumentum in Psalmos, et Commentariorum fragmenta LXXV in priores Psalmos, ex apographo Scorialensi codicis msti Ambrosiani, gr. et lat. a p. 69 — 101; 12) Eiusdem Fragmentum contra Macedonianos, et alia contra Novatianos, atque de amuletis aliaque varii argumenti ex codd. Mss. regiis et Colbertinis, p. 102—106; 13) Veterum Athanasii editorum praeliminaria, p. 107—112. Priora tria praeliminaria sunt desumpta ex editione Vicentina perrara vixque uspiam comparanda, quae a. 1482 prodiit, et initio epistolae et praefationes; alterum ex editione Parisina a. 1520, estque Nic. Beroaldi epistola: alterum depromptum est ex editione Lugdunensi a. 1532, in quo de Commentariis Theophylacti, quae tunc ut Athanasianum opus inter Athanasiana scripta cudi solebant. Ceterum indicatis Athanasii scriptis praemissa sunt *de Montefalconii* monita, in quibus de codicibus aliisque rebus disseritur.

Cc) *Singula opera.*

1) Dialogi de S. Trinitate.

1588, 8. *Του Σοφωτατου ΚΟΥΡΟΠΑΛΑΤΟΥ, περι των Οφφικιαλων του παλλατιου Κωνςαντινουπολεως, και των όφφιχιων της μεγαλης Ἐκκλησιας.* Sapientissimi CVROPALATAE, de officialibus Palatii Constantinopolitani, & officiis magnae Ecclesiae. Libellus Graece & Latine nunc primum in lucem editus, ad historiae ciuilis, ecclesiasticae, & totius antiquitatis intelligentiam perutilis & necessarius. Ex bibliotheca viri clariss. & consultiss. Julii Pacii J. V. D. Additus in fine Notarum libellus. Cum indice rerum & verborum locupletissimo. Apud Joannem Mareschallum Lugdunensem MDLXXXVIII. —— 4 *ff.* praefixa, 425 pp. Praemissa est duplex dedicatio, altera Iulii Pacii, qui Hippolyto a Collibus I. C. et Professori Heidelbergensi librum dicat, altera editoris Nadabi Agmonii, sive Fr. Iunii, qui epistola Consulibus ac Senatui inclytae reipubl. Francof. librum esse voluit. De impressionis loco alii alias sententias protulerunt, ut *Hanke* in De scriptorib. byzantinis lib. II. cap. 10. p. 683, et *H. Wharton* in Adpendice ad Gu. Cave Histor. litterar. Scriptor. ecclesiast. p. 147 indicarunt sic „Francofurti ad Moenum per Ioannem Mareschallum"; *Niceron* contra in suis Mémoires P. XVI. p. 197 *LB.* evulgatum existimat; verisimiliter autem *Heidelbergae* prodiit. Editor fuit *Fr. Iunius*, qui et librum e graeco in latinum convertit. De versionis pretio verba *Niceroni* l. c. prolata adscribo, quae sunt: „*Junius* publia le premier cet Ouvrage sous le nom hebreu de Nadabus Agmonius; son travail n'a pas eu l'approbation du public, qui a trouvé son édition très défectueuse, et les conjectures dont il s'est servi dans ses corrections et ses notes, fort peu heureuses. Il en donna une nouvelle à Heidelberg en 1596 in 8. et la dedia à Marquard Freher, qui lui avoit procuré des manuscrits par le moyen desquels il y a rempli plusieurs lacunes de la précédente. Il en préparoit une troisième plus exacte, lorsqu'il mourut, et cette circonstance en a privé le public." Editor in edenda hac editione nomen auctoris, qui hoc opus condidit, nesciebat. Accuratissime hanc editionem principem et rarissimam descripsit *Freytag* in Adparatu litter. T. I. p. 554 sqq. *V.* 1625.

1596, 8. *Γεωργιου του Κωδινου περι των οφφικιαλων του παλατιου Κωνςαντινοπολεως, και των όφφικιων της μεγαλης Εκκλησιας.* Georgii Codini (siue, vt vulgo, Curopalatae) de officialibus Palatii Constantinopolitani, et officiis magnae Ecclesiae. F. Ivnivs in Latinum sermonem transtulit, Notis illustravit; et recens lacunas non exiguas ope MSS. Palat. bibliothecae, August. et Seileranae suppleuit. Apud Hieronymum Commelinum, Anno cIↄIↄxcvi. —— 23 pp. praefixae, 425 pp. Additamenta, quae huic editioni priore plus accesserunt, et quae in titulo sunt indicata, in hac titulo tantum a priore differente, in calce adiecta

leguntur. Perperam *Schweiger* in Bibliograph. Lexicon p. 82: „*Ex off. Commeliana*" dicit; praeterea titulum admodum decurtavit. Bibl. sen. Lips.

1625, f. *Γεωργιου Κωδινου του Κουροπαλατου περι των όφφικιαλων του παλατιου Κωνσταντινοπολεως, και των όφφικιων της μεγαλης Εκκλησιας.* Georgius Codinus Curopalata de officiis et officialibus magnae Ecclesiae, et aulae constantinopolitanae. Graece et latine ex versione Gretseri, adiunctis tribus Commentariorum, Observationum, et emendationum libris, quibus non tantum *Codinus*, sed et varia alia tam Graecorum, quam Latinorum monumenta explicantur et illustrantur. Accedit dissertatio de imaginibus non manufactis, deque aliis a S. Luca pictis. Paris., Cramoisy. —— In hac constituenda recensione tres codices mstos adhibuit *Gretser*, qui de prioribus editionibus hoc iudicium tulit, dicens: „Merito (tamen) culpandus est *Iunius*, quod novam editionem non adornarit, et a se pleno sacco sparsos errores non correxerit, adiutus codicibus bibliothecae palatinae, et *Raphaelis Seileri* exemplari quod erat apographum optimi codicis augustani: nam Codinum olim fuisse: iam enim non est; sed amissus est; ut ante aliquot annos ex amplissimo domino Marco Velsero Ilurio Augustano intellexi: nescitur cuius negligentia vel fraude perierit. Tot ergo subsidiis instructus Iunius, praesertim translatione Seileriana, debebat Codinum a capite ad calcem recognoscere, plurima et gravissima menda emendare, librumque ab erroribus liberum lectori proponere. Verum nihil horum praestitit, nisi quod ut antea dictum, pauculas pagellas, primae ac mendosissimae suae editioni assuit, mutato titulo, addito novo patrono, appositoque suo nomine. Quo ipso fucum lectoribus fecit, quasi novam editionem promeret, anno MDXCVI. cum non fuerit nova, sed prima, illa nimirum ipsa, quae anno M.DLXXXIIX. prodierat." *V.* 1734.

1648, f. Georgius Codinus Curopalata, de officiis magnae ecclesiae, et aulae constantinopolitanae. Ex versione P. Iacobi Gretseri Soc. Iesu, cum eiusdem in Codinum Commentarior. libris tribus, & de Imaginibus non manufactis Opere. In hac Editione praeter comparatum cum Regiis MMSS. Graecum textum, & reparatam Latinam versionem, accedunt inediti ex Regia & Mazarina Bibliotheca Officialium Catalogi, & ad Codini mentem locupletes Notae. Adiunguntur recentiores Orientalium Episcopatuum Notitiae, voces honorariae, appellationes dignitatum indices, quibus postremis saeculis Ecclesiastici vel Aulici Proceres salutabantur. Cura & opera P. Iacobi Goar *etc.* Paris., e typ. regia. M. DC. XLVIII. —— Haec bella editio ad Byzantinorum collectionem Paris., ut quae hanc sequitur ad illam Venet. collectionem pertinet. *Goar* praecedentis editionis contextum multo emendatiorem reddidit. Conf. Bibl. hamburgensem historicam, Centur. IX. p. 112 sqq. Rep. 1729. Bibl. acad. et acad. Lips.

1729, f. — (*idem titulus*). Venetiis, ex typographia Bartholomaei Jauarina.

2) Excerpta.

1596, 8. *ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΚΩΔΙΝΟΥ παρεκβολαι εκ της βιβλου του χρονικου, περι των πατριων της Κωνσταντινοπολεως.* GEORGII CODINI selecta de originibus Constantinopolitanis, nunc primum in lucem edita; interprete Georgio Dovsa, Iani F. Apud Hieronymum Commelinum, Anno cIɔIɔxcvi. —— 103 pp. Bibl. acad. Lips. Rep. 1697.

1647, f. — res patriae Constantinopoleos, gr. cum I. Meursii versione et notis.

1655, f. Georgii Codini, et alterius cuiusdam Anonymi Excerpta de Antiquitatibus Constantinopolitanis. Edita in lucem opera & studio Petri Lambecii Hamburgensis: cum Latina versione, & Animadversionibus necessariis. Accedunt Manuelis Chrysolorae Epistolae tres de comparatione veteris et nouae Romae et Imp. Leonis cognomine Sapientis Oracula, cum Figuris, atque antiqua Graeca Paraphrasi. Addita est etiam Explicatio Officiorum sanctae ac magnae Ecclesiae, iuxta eorum ordinem, Interprete Bernardo Medonio, Tolosate. Paris., e typ. regia. M. DC. LV. —— Pertinet ad collectionem byzantinorum Paris., et omnibus editionibus praeferenda est. Oracula ante iam *Ianus Rutgersius* in Variarum lectionum lib. V. cap. 8. graece et latine ex *Iani Dousae* cod. ms. edidit. *Lambecius* autem in bibl. Hamburg. alium eumque meliorem codicem mstum reperit, ex quo haec oracula iterum edidit. Rep. 1729.

1697, 8. — gr. et lat. edidit Georgius Douza. Genevae. —— Ex illa a. 1596 est repetita.

1729, f. — Vt., ex typ. Barth. Javarina. —— *V.* 1655. Ad collectionem Byzantinorum Venet. pertinet.

III. *Illustrantia Codinum scripta.*

Iac. *Gretser*: Variae lectiones, et explicationes in libellum Georgii Codini Curopalatae. Ingolst., 1602, 8.

— —: Facula Georgio Codino Curopalatae accensa dispellendis tam insitis quam a Iunio superinsitis tenebris *etc.* Ingolst. 1604, 8.

I. *Meursii* ad Georg. Codini Origines Constantinop. Notae. Aur. Allobr. 1607, 8.

COLUTHUS.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 362 sqq.; *ed. n.* T. I. p. 557. T. VIII. p. 166 sqq.

I. *Editiones textus.*

α) Sine l. et a. notitia.

•—, 8. *Κολουθου Θηβαιου λικοπολιτου Εποποιου Ἑλενης ἁρπαγη.* —— Adiectus est Quinto *Calab. Smyrnaeo.* Bibl. acad. Lips. hunc rarissimum librum (quod et *Julien* affirmat p. iij) adservat. Prodiit circiter a. 1504 *Venetiis ex officina Aldi*, vel ante Homerum, vel paulo post eum: neque circiter a. 1521, quoniam Quintus et Homerus similibus typis impressi sunt, et quoniam editio Quinti iam in Aldi catalogo suorum operum a. 1513 (5 pp. *f.* duabus columnis) indicata est, et in eiusdem Aldi alio catalogo a. 1503, qui in bibl. Paris. adservatur, in calce inter notitias aliorum operum manu Aldi adscriptas habetur. Sunt autem haec opera ibidem contenta: *Demosthenis orationes cum commentarijs:* || — *Homerus ī parua forma.* || — *Quintus.* || — *Vita et fabellae Aesopi cū interp̄tatione latina.* || — *Gabriae fabellae tres et quadragīta.* || — *Phornutus d natura deoR* || — *Palephatus d nō credēdis historijs.* || — *Heraclides d Alegorijs ap̄ Homerum.* || — *Ori Niliaci hieroglificha (?).* || — *Colectio (?) p̄uerbioR.* Hanc notitiam ex *Renouardi* Annales T. I. p. 199 sq. no. 11 desumpsi. Omnes quinque Aldorum catalogos dedit *Renouard* in Annales T. III. p. 243 — 268, adiectis bonae frugis plenissimis notis. *Schweiger* in Bibliograph. Lexicon omnino huius editionis notitiam omisit. *Lennep* de hac editione iudicavit: „illa ita comparata erat, ut reliquas editiones bonitate et accuratione longe antecederet, et multas lectiones veras et genuinas exhiberet a posteris editoribus obscuratas."

β) Cum a. et l. notitia.

1559, 4. Coluthi Helenae raptus, gr. et lat. cum notis. —— In *Mich. Neandri* editione Pythagorae et Phocylidis Carminum. *Bas.*, Oporin. Rep. 1577. Est *Aldi* textus, receptis *Brodaei* lectionibus, additisque notis, quae tamen nullius momenti sunt.

1566 (*nec* 1556), f. — graece, edid. H. Stephanus. —— Inter Poetas heroicos ab eo editos. *V.* Poetae. Feliciter multa menda suo ingenio exstirpavit.

1569, 8. — graece, cura I. Th. Freigii. —— Cum Quinto Smyrnaeo. (Bs., Henricpetri.) Ex aldina editione vitiose repetita est.

1574, 16. Coluthi, Thebaei, Helenae raptus, & Tryphiodori Ilii excidium; graecè, cum versione latina & expositione Mich. Neandri. Avenione, apud Io. Crispinum. —— Nusquam praeterquam in Catalogue de la Bibl. du Roi. Belles Lettres, T. I. p. 260, et p. vij in editione, quam *Julien* in lucem emisit, hanc editionem commemoratam reperi. Perperam *Schweiger* in Bibliogr. Lex. p. 82 annum 1570 adscripsit.

1577, 4. — graece, cum versione lat. et notis Mich. Neandri. —— *V.* in eius Operis aurei (*Lps.*) tomo II. *V.* 1559.

1586, 4. — graece. Parisiis e typogr. Steph. Prevosteau, haeredis G. Morelli, in Graecis typogr. Regii, in Clauso Brunello. M. D. LXXXVI. —— Sic *Maittaire* in Annal. T. V. p. 304.

1600, 8. — cum versione prosaica et brevibus notis Stephani Vbelii. Franequerae, apud Aegidium Radaeum. —— Ex *Neandri* editione a. 1559.

1604, 12. Coluthi de raptu Helenae. —— Cum Homeri operibus. Graece et Latine. Excud. Paulus Stephanus *Tom. II.* et in aliis editionibus Homeri.

1606, f. — graece cum versione lat., notis et variis lectionibus. —— *V.* in *Iac. Lectii* Corpore Poetar. Graecor. Ex *Stephani* editione vitiose expressa.

1609, 12. Origo & Exitus belli Troiani. *ΚΟΛΟΥΘΟΥ ΛΥΚΟΠΟΛΙΤΟΥ ΘΗΒΑΙΟΥ*, *Ἑλενης ἁρπαγη.* *ΤΡΥΦΙΟΔΩΡΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ*, *Ἰλιου ἅλωσις.* Colvthi Thebaei, Helenae raptus. Tryphiodori Aegyp. Ilij excidium. Omnia versione Latina & expositione M. Neandri illustrata. (*Gene-*

vae,) παρα τοις Ε. Ωὐιγνῶνος κληρονόμοις. α' φ' θ'. (*falso pro* α χ θ). —— 79 pp. Haec editio, quam *Aemilius Portus* curavit, adhaerens Homeri Iliadi, e textu *Stephani*, sed ita ut meliores lectiones sint depravatae, vitiosissime est expressa. Rep. 1622. Bibl. acad. Lips.

1617, 8. Coluthi de raptu Helenae liber, graece, ab Helio Eobano, Hesso, latino carmine redditus: Accessit Musaei opusculum de Herone et Leandro, graece, ab Andr. Papia, latino carmine expressum (, *cura H. Rumpii*). Hmb., P. Lang. —— Solummodo in usum scholarum parata editio.

1622, 12. Origo & Exitus belli Troiani. ΚΟΛΟΥΘΟΥ Θηβαιου Λυκοπολιτȣ, Ἑλενης ἁρπαγη. ΤΡΥΦΙΟΔΩΡΟΥ Ποιητου Αἰγυπτιου, Ιλιȣ ἁλωσις. Colvthi Thebaei, Helenae raptus. Tryphiodori Aegyp. Ilij excidium. Omnia versione Latina & expositione M. Neandri illustrata. Ex Τυπογραφειῳ Matt. Berjon. α χ' κβ'. —— 79 pp. Haec editio, quae itidem ad ibidem editum Homerum pertinet, prorsus eadem ac illa a. 1609 videtur esse, cum sibi singulis paginis, lineis respondeant, ac iisdem fere typis sint expressae, eademque contineant duae; sed posterior maiori cura ac prior curata est. Duae editiones ab Homero separatae quoque occurrunt, ut ipse usu comperi. Bibl. acad. Lips.

1747, 8. Κολουθου ἁρπαγη Ἑλενης. Coluthi raptus Helenae; Recensuit ad fidem codd. MSS., ac variantes lectiones ac notas adiecit Io. Dan. a Lennep. Accedunt eiusdem animadversionum libri tres, tum in Coluthum, tum in nonnullos alios auctores. Leowardiae, ex off. Gu. Coulon. —— Nova ad 6 (quorum duo [no. 2764 et 2600] sunt Paris.) per *Dorvillium*, *Ruhnkenium* et *Valkenarium* collatos codices adornata recensio, de quibus in praefatione fusius agitur. Conf. quoque censuram insertam Novis Actis Eruditorum lipsiens. 1748, m. Iul. p. 398 sqq. Rep. 1825.

1749, 12. Ἑλενης ἁρπαγη Κολȣθȣ Θηβαιȣ Λυκοπολιτȣ Ἐποποιȣ. Il Rapimento d'Elena del Poeta Coluto Tebano di Licopoli. Tradotto in versi Italiani dal *Dott.* Angelo Teodoro Villa, Accademico Trasformato. *In fine*: In Milano, MDCCXLIX. Nella Regia-Ducal Corte. Con licenza de' Superiori. —— Ignota fuit editori *Th. Villa* editio *Lennepii*. Adornata est haec editio ad codicem mstum Ambros., cuius varias lectiones dedit, et in infimo textus nonnulla scholia, quae *Julien* ineditis aucta repetiit; deinde adiunxit annotationes mythologicas, grammaticas, quae bonae frugis sunt plenae. Agmen claudit Panegyricus in Helenam, secundum Isocratem, Gorgiam et Theocritum elaboratus. Editio nova est illa s. a. 1753 secundo loco indicata.

1753, 8. Coluthi Helenae Raptus, graece. Amstelodami, ap. Ianss. Waesbergios. —— Vitiosissime fortasse ex illa a. 1622 expressa est, ut *Julien*, qui solus hanc editionem commemorat, non sine causa suspicatur.

1753 (*nec* 1752), 8. Ἑλενης ἁρπαγη Κολȣθȣ Θηβαιȣ Λυκοπολιτȣ Ἐποποιȣ. Il Rapimento d'Elena del Poeta Coluto di Licopoli nella Tebaide, Tradotto in versi Italiani, dall' Ab. Angelo Teodoro Villa. Aggiuntevi le varianti Lezioni, ed alcune Note all' Originale, tratte da un MSto dell' Ambrosiana. Nuova Edizione, accresciuta di varie osservazioni, e delle Orazioni di Gorgia, e d'Isocrate intorno ad Elena, e dell' epitalamio per la medesima di Teocrito Siracusano. Il tutto col Testo greco di rincontro. In Milano, MDCCLIII. Nella Regio-Ducal Corte. Con licenza de' Superiori. —— 8 *ff.* praefixa, clxcv pp. Ex cod. msto Florent., quem editor p. LXII. describit, Coluthi vitam graece, adiecta italica versione, publicavit. P. XLI sqq. censurae in Novellista Fiorentino (1750) editae opprobria refutat. Bibl. acad. Lips.

1765, 8. Κολουθου ἁρπαγη Ἑλενης. Coluthi Raptus Helenae. Graece et Latine. Accedit metrica interpretatio italica Ant. Mariae Salvinii, nunc primum edita. Recensuit, variantes codd. mss. lectiones, et selectas annotationes adiecit Ang. Mar. Bandinius. Flr. —— Omissa praefatione, et excepta Salvini versione italica, mera fere *Lennepii* editionis repepetitio. 1 *Th.*

1770, 4. Coluthi Lycopolitae Thebani de Raptu Helenae libellus; (*graece ex recensione Lennepii*); Ex graecis in latina carmina conversus, versionibus (*est ad verbum metrica, et hispanica*), variantibus, et animadversionibus illustratus opera et studio Philippi Scio a S.to Michaele. Matriti, Marin. —— E recensione *Lennepii*, nullis novis adhibitis subsidiis, sicuti versio latina, sed aliquot locis emendata, est repetita. Notas *Lennepii* selectas tantum reddidit. Hispanica versio est *Pet. Ignatii Garcia de Antonio.*

1776, 8. Coluthi raptus Helenae, graece et cum notis edid. Thph. Cph. Harles. —— Cum **Aristophanis** Pluto. p. 215 — 244. Ex recensione *Lennepii* est expressa, cum eiusdem selectis notis.

1795, 4. et f. min. Coluto greco-italiano. — *Ἑλενης ἁρπαγη Κολουθου.* — Il Rapimento d'Elena del Poeta Coluto Tebano. Parma nel regal Palazzo MDCCXCV. co' tipi Bodoniani. —— Exemplaria editionis *in-fol.*, quae in ch. membr. sunt impressa, rarissime occurrunt.

1816, 8. Coluthi Raptus Helenae. Ex rec. (*ad cod. Ms. Mutinens.*) Imm. Bekkeri. Brl., Reimer. —— 2 *ff.* praefixa, 32 pp. 6 *Gr.* Adhibitis commemorato codice illoque Gothano et doctorum virorum animadversionibus novam textus recensionem constituit, primusque septem versus protulit, qui in prioribus editionibus desunt. Adiectae notae sunt modo criticae.

1822 (*nec* 1823), 8. *ΚΟΛΟΥΘΟΥ, ἙΛΕΝΗΣ ἉΡΠΑΓΗ.* L'ENLEVEMENT D'HELENE, poeme de Coluthus, revu sur les meilleures éditions critiques, traduit én français; Accompagné d'une version latine entièrement neuve, de notes philologiques et critiques sur le texte, de trois index, de scholies inédites, de la collation complète et d'un *fac-simile* entier des deux manuscrits de la Bibliothèque royale, par Stanislas Julien; et suivi de quatre versions en italien, en anglais, en espagnol, en allemand. Paris, I. M. Eberhart, imprimeur du collège royal de France *etc.* (*MM. Debure frères, etc.*) —— XIX, 238 et 52 pp. 13 *fr.* In ch. dicta *grand-raisin*, 26 *fr.* *Bekkeri* editio est substrata, attamen *Julien*, quem in locis arduis explanandis *Boissonade*, *Gail*, *Longueville* adiuverunt, illum non presso pede est secutus. De versione gallica *Letronne* in Journal des Savans 1823 m. Iul. p. 408 iudicat sic: „C'est dans la réunion de ces divers secours que M. Julien a trouvé le moyen de donner une traduction de Coluthus beaucoup plus exacte que celles qu'on avoit publiées: nous ajouterons qu'elle est souvent élégante, et qu'elle reproduit avec succès les formes poétiques de l'original.“ Laudatur quoque editio in Annal. Heidelberg. 1824, no. 5. Versio latina est diversa ab illa *Lennepii;* anglica est illa a *Sherburne*, italica a *Theodora Villa*, hispanica a *de Garcia*, et germanica a *Kütner* confecta. Deinde praeter tres indices (p. 159 — 199), Scholia (p. 200 sq.), duorum codicum mss. Paris. collationes integras (p. 202 — 206), errata in editionibus *Lennepii* et *Bekkeri* (p. 207 — 210), est accurata lapidi inscripta imitatio codicum duorum adhibitorum, sive ut nos dicimus *fac-simile*, in calce adiecta. Versiones, anglica, italica, hispanica et germanica, a p. 211 — 231 habentur. Pag. 233 — 238 sequuntur Argumenta et Corrigenda in *Lennepii* editione, et Addenda Corrigendaque. Versio gallica textui e regione extat, in cuius fine versio latina (p. 40 — 52), quam notae explicativae excipiunt. Lectionis varietas *Lennepii* et *Bekkeri* textui subiecta est.

1823, 12 mai. **Coluthi** Raptus Helenae, et **Tryphiodori** Expugnatio Trojae. Accedunt collationes codicum Italicorum. (*Edidit Gf. H. Schaefer.*) Lps., Weigel. —— 40 pp. 4 *Gr.*, nunc 2 *Gr.* Lectiones, quae in textu huius accurate impressae editionis aliter ac in illo *Bekkeri* leguntur, non sine causa sunt mutatae. Inprimis variae lectiones codicum mss. Italic. valent; quamquam dolendum est, quod ad editionem a. 1606 factae sunt.

1825, 12. Coluthi carmina. Graece. —— Cum **Quinto** Smyrnaeo. Edit. ster. Lps., Tauchnitz.

1825 (*nec* 1823), 8. Coluthi Raptus Helenae. Recs. ad fidem codd. Mss. ac variantes lectiones et notas adjecit I. Dn. a Lennep. Accedunt eiusdem animadversionum libri III, tum in Coluthum, tum in nonnullos alios auctores. Editionem noviorem, auctiorem curavit Gf. H. Schaefer. Lps., Hartmann. —— XVIII, 260 pp. 1 *Th.* 12 *Gr.* Huic iteratae editioni *Gräfii* opuscula sunt a p. 239 — 260 subiunctae. Cf. *Fr. Passovii* censuram in ephem. litt. Halens. 1826. no. 37.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

1532, 8. Coluthi Raptus Helenae, Latino carmine ab Helio Eobano, Hesso, redditum. —— *V.* una cum **Eobani** *Hessi* Descriptione Vrbis Norimbergae. Nrb.

1534, 4. COLVTHI LYCOPOLITAE Thebani vetusti admodum Poetae. De Raptu Helenes: ac Iudicio Paridis. Poema: nunc primum ab HELIO EOBANO HESSO Latino Carmine redditum. Epithalamion Helenes ex Theocrito. Moschi Amor fugitivus. Eodem interprete. Lectori — Foemina: forma: venus. Iudex Paris improbus aurum || Haec hominum totas depopulantur opes.||

Totius humanae summa est haec fabula vitae || Cuius in hoc libro scena peracta tibi est || —. Erphurdiae Anno M.D.XXXIIII. Mense Maio. *In calce:* Erphurdiae excudebat Melchior Saxus. Anno M.D.XXXIII. Mense Maio. —— 15 *ff.* Sic *Panzer*, qui librum ipse possidebat, in Annal. T. VI. p. 504. no. 66 indicat, et *Freytag* in Nachrichten von selt. Büch. p. 198. Nihil haec versio valet, cum neque indolem Coluthi reddat, neque satis adcurata sit. *V.* 1539.

1539, 8. Coluthi Lycopolitae, Thebani, de raptu Helenes, et Iudicio Paridis poema, latino carmine redditum a Helio Eobano Hesso. —— Inter: Operum *Helii Eobani Hessi* farragines duae, nuper ab eodem, qua fieri potuit diligentia, recognitae, et correctae, quibus etiam non parum multa accesserunt, nunc primum et nata et edita. *etc.* (Halae Sueuorum Anno MDXXXIX.) Farrago II. no. 3. *V.* 1533 et 1564.

1539, 8. Coluthi Thebani Raptus Helenae Iodoco Velaraeo interprete. Antverpiae, apud Ioannem Steelsium. —— Plena bonae frugis versio, quamquam in solutum sermonem est traducta.

1555, 8. Coluthi Thebani Lycopolitani raptus Helenae per Renat. Perdrierium ad verbum translatus, cum brevibus Bernardi Bertrandi annotationibus; et Tryphiodori Aegyptii grammatici et poetae de Ilii expugnatione libellus ab eodem Perdrierio versus. Basil., ex officinâ Ioan. Oporini. M. D. LV. Mense Febr. —— 91 pp. et 1 *f.* Nihil meriti inest, ut *Julien* p. V sq. recte docuit.

1564, 8. — lat. —— Inter *Eobani Hessi* Poemata. (Frcf.) p. 715 sqq. *V.* 1533.

1591 (1592?), 8. — (*latino carmine*) interpretatus est Ianus Pelusius. Parmae, Viotti.

B. germanicarum.

1753, 4. Die geraubte Helena von Coluthus. (*Uebers. v. Bodmer.*) Zürich. —— *Bodmer* in praefatione nimis laudatur Coluthum; versio ipsa durior est. Rep. 1767. Conf. *Beckium* in Collectione: Einige Schriften der Altdorf. deutsch. Gesellsch. p. 127 sq.

1767, 8. — übers. v. Bodmer. —— *V.* eiusdem *Kalliope* (Zürich) T. II. *V.* 1753.

1771, 12. Koluthus Entführung der Helena, a. d. Griech. (*übers. v. F. Grillo.*) Halbers. (*Lpz.*, *Nauck.*) —— 2 *Gr.*

1772, 8. Koluthus. Der Raub der Helena. Aus d. Griech. v. K. A. Kütner. Mitau. —— Soluto et libero sermone. Rep. 1784.

1784, 8. — übers. v. K. A. Kütner. —— *V.* in eiusdem Uebersetzz. einiger Dichter. Altb., Hennings. *V.* 1772 et 1822.

1785, 8. Der Raub der Helena, a. d. Griech. des Koluthus, v. I. Bapt. von Alxinger. —— *V.* in Deutscher Merkur. (Weimar.) m. Iuli, p. 1 sqq. Ligata oratione et versibus simili exitu. Rep. 1788.

1788, 8. — übers. v. I. Bapt. von Alxinger. —— *V.* eiusdem Sämmtliche Gedichte. Klagenf. u. Layb., Schaumburg. 2 *Voll.*

1822, 8. —— *V.* antea I.

1829, 8 mai. Helenas Raub von Coluthus, übers. von F. F. H. Passow. Güstrow. (*Brl.*, *Logier.*) —— 4 *Gr.*

C. gallicarum.

1742, 16. L'enlèvement d'Hélène, poëme, traduit du grec de Coluthus, avec des remarques (*par Ch. Du Molard*). Paris, Robustel. —— Sic in Dictionnaire des ouvrages anonymes et pseudonymes. (Paris, 1806, 8.) T. I. p. 216. Apud *Julien* p. xj annum 1747, nescio an recte, legitur. Fortasse haec est iteratae editionis notitia, sed non puto: potius errorem typogr. esse suspicor. Versio ipsa nihil valet.

1790, 8. L'enlèvement d'Hélène, poème de Coluthus, traduit par Simon de Troyes. Londres. —— Facilis, sed nimis libera versio; ceteris tamen praeferenda.

1807, 8. L'enlèvement d'Hélène de Coluthus, imité en vers français, par Courmand. Paris. —— Haec imitatio nihil valet, ut Franco-Galli ipsi iudicant.

D. anglicarum.

1651, 8. The Rape of Helen, from the Greek of Coluthus, translated into English verse, with Notes, by Edw. Sherburne. —— Inter eiusdem Salmacis', Lyrian and Sylvia, the Rape of Helen and a Comment thereon, with several other Poems and Translations. Ld. —— Laudanda versio. Rep. 1702.

1702, 8. —— Adiecta est eiusdem Translation of the Tragedies of L. Annaeus Seneca the Philosopher, Ld. *V.* 1651.

1780, 8. A translation of Coluthus's Greek Poem on the Rape of Helen, in the English verse, with notes published

by Fawkes's Coadjutor. Ld. —— Cum Apollonio Rhodio.

1786, 4. The Rape of Helen; from the Greek of Coluthus: with miscellaneous Notes (; *by W. Beloe*). Ld., Egerton. —— 2 *sh.* 6 *d.* Rep. 1788.

1788, 8. —— *V.* inter eiusdem Poems and Translations. Ld., Johnson. 5 *sh.*

E. italicarum.

1741, 4. Elena Rapita di Coluto poeta Tebano tradotta nouellamente dal Greco in versi Italiani dal Sign. Ab. Gianfrancesco Corrad. dall' Aglio con vna prefazione critica contro le traduzioni di Omero, Sofocle ed Anacreonte fatte dal Salvini, Marchetti, Corsini, Regier, Lazarini, ed altri. E con un Capitolo nel fine in lode del Becco a consolazione di Menelao marito d'Elena. Parte Prima. — Satyrae et Epigrammata Parte Seconda. In Venezia 1741. Con Licenza de' Superiori. —— Versio Coluthi, quae non omnino spernenda, est in versibus sine simili exitu. Pars secunda singularem titulum et num. pagg. et indicem habet.

F. hispanicarum.

1770, 8. —— *V.* antea *I.*

1801, 8. El Robo de Elena, traducido del Griego en Verso Castellano, por el P. Ignacio Garcia de S. Antonio de Padua. Mdr. —— Versio, ligata oratione composita, laudatur.

III. *Illustrantia Coluthum scripta.*

I. *Brodaei* In Coluthum Annotationes. —— *V.* eiusdem: Annotationes in Oppiani Cynegeticon libros IIII. Quinti Calabri Paralipomenon Homeri lib. XIIII. Coluthi Thebani de Helenae raptu lib. unum. (Basileae, per Ioannem Heruagium. 1552, 8) p. 425—440. Non omnino sunt contemnendae notae.

Cl. *Dausqueji* Adnotamenta in Coluthum. —— Cum eiusdem Adnotamentis in Quintum Calabrem Smyrn. Frcf., in offic. Aubriana. 1614, 8.

F. *Graefe:* Dissertatio philol. crit. de Colutho. Insunt Observationes criticae in Tryphiodorum. Petropol., Gretsch. 1817, 4. —— 14 pp.

— —: Coniecturae in Coluthum et Musaeum. Petropol., Gretsch. 1818, 4. —— 18 pp. 12 *Gr.* Duae scriptiones iteratae sunt in repetita *Lennepii* editione.

Thph. Cph. *Harles:* Super Coluthi carmine de raptu Helenae IV prolusiones. Erl., 1775—1777, f.

Gf. *Hermann:* Emendationes Coluthi. Lps., litt. Staritzii. 1828, 4. —— 22 pp. Iteratae sunt inter eiusdem Opuscula. (Lps., 1831, 8 mai.) Vol. IV. p. 205—227.

Sigism. Iac. *Immanuel:* Animadversiones ad Coluthi carmen de raptu Helenae, cum specimine versionis germanicae. Hmb., Typis exscripsit Thph. F. Schniebes. 1809, 8. —— 4 *ff.* praefixa, 59 pp.

C. Sm. *Lenz:* Varietas lectionum, e codice de raptu Helenae enotata. —— *V.* in *Ruperti* et *Schlichtehorsti* Magazin für Philologen. Vol. I. (Bremen 1796, 8.)

Valent. E. *Loescheri* Stromateus, siue dissertatio sacri et litterarii argumenti, ineditae partim hactenus, partim editae, olim, sed revisae nunc et locupletatae *etc.* Wttb., 1724 (*nec* 1723, *nec* 1734), 4. —— In capita divisa est haec scriptio, quorum in 12 prioribus: „de Coluthi nomine, patria, aetate, stilo, imitatione, de fatis carminis Coluthiani, de editionibus versionibusque illius et de commentariis in Coluthum" agitur. Pag. 313—468: Lectionum Coluthianarum liber singularis habetur.

Fr. *Passow:* Lesarten einer Gothaer Handschr. des Koluthus. —— *V.* eiusdem editionem Musaei (1810, 8 min.) p. 168 — 170. *Iulien* hac lectionum varietate usus est.

Fr. *Sfondrati* de raptu Helenae libri III. Vt., 1559, 4. —— Et in *Leodegarii a Quercu* farragine, et in *Gruteri* Deliciis poetarum Italorum habentur.

COMETAS Scholasticus.

Fabr. B. Gr. T. II. p. 714; *ed. n.* T. IV. p. 469.

I. *Epigrammata.*

1776, 8. Cometae Scholastici Epigrammata. Graece, et cum notis. —— *V.* in *Brunckii* Analectis, T. III. p. 15 sq., et *v.* eiusdem Lectiones, p. 238.

1795, 8. — epigrammata VII. —— *V.* in *Jacobsii* Anthologia, T. III. p. 236 sq. et in Paralipom. no. 213. p. 747.

II. *Illustrantia Cometam scripta.*

F. *Jacobs:* De Cometa Scholastico, eiusque tempore, quo vixerit. —— *V.* eiusdem Animadversiones in epigrr. Anthologiae, T. III. P. III. sive totius operis T. XIII. p. 873 sq.

CONON.

Fabr. B. Gr. T. VII. p. 55, T. IX. p. 438.

1675, 8. *Κωνονου Διηγησις.* Cononis Narrationes de rebus mythicis, graece nunc primum, cum versione latina et notis Hoeschelii et Schotti editae. —— Inter *Th. Gale* Historiae poet. Scriptores. (Paris.) p. 241—301.

1794, 8. Cononis Narrationes; Ptolemaei Historiae ad variam eruditionem pertinentes; Parthenii Erotica; graece cum notis variorum et suis emendatius edidit ac de eiusdem nominis veteribus scriptoribus praefatus est L. H. Teucher. Lps., Klaubarth. —— 8 *Gr.* Paucis mutatis est *Galii* textus; plura ex coniectura in Parthenio mutavit. Adiectae sunt *Hoeschelii*, *Schotti* et *Galii* notae. Conf. ephem. litt. univ. 1794. I. p. 663 sq.; Erl. 1794. p. 712; Goth. 1797. II. p. 525, *LLZ.* 1794. I. p. 27. Rep. 1802.

1798, 8. Cononis narrationes quinquaginta. Ex Photii bibliotheca edidit et adnotationibus illustravit I. Arn. Kanne. Praefixa est epistola ad Heynium; adiectum praeterea Heynii spicilegium observationum in Cononem. Gott., Dieterich. —— XII, 192 pp. 10 *Gr.* Notae *Kannii* inprimis res mythologicas tractant; *Heynii* vero Spicilegium p. 168 sqq. criticas animadversiones continet. Conf. Neue allg. d. Bibl. Vol. XLII. p. 506 sqq., Goth. 1798. II. p. 612 sq., Gött. 1798. I. p. 676 sqq. Deinde Parthenius adiunctus est, ita ut duo coniunctim venales prostent sub titulo: Cononis narrationes quinquaginta, et Parthenii narrationes amatoriae. Gtt., Dieterich. 1798, 8. 16 *Gr.*

1802, 8. Cononis Narrationes Ptolemaei historiae ad variam eruditionem pertinentes, Parthenii narrationes amatoriae, graece cum notis variorum, et suis edidit, indicem auctorum et rerum addidit, deque eiusdem nominis veteribus Scriptoribus praefatus est L. H. Teucher. Lps. (*Weissenfels*, *Graffé*). —— 12 *Gr.* Novo titulo ornatus *Lps.*, *Joachim.*

CONSTANTINUS Harmenopulus.

Fabr. B. Gr. T. X. p. 274 sqq.

I. *Editiones textus.*

1) Manuale legum.

1540, 4. *Προχειρον Νομων, το λεγομενον η εξαβιβλος, Συναθροισθεν παντοθεν και' εκλογην και ηθιτομην, ότω συντεθεν, παρα του πανσεβαςε νομοφυλακος και κριτου Θεσσαλονικης, Κωνσταντινου του Αρμενοπυλου κριτων προκαταρχοντος.* Epitome Juris Civilis, qvae legum prochiron et Hexabiblos inscribitur, authore Constantino Harmenopulo Nomophylace et iudice Thessalonicensi, iam primum in lucem aedita cura & studio Theodorici Adamaei Suallembergi. Parisiis. Apud Christianum Wechelum sub scuto Basiliensi, in vico Bellouacensi. Cum priuilegio ad quinquennium M.D.XL. —— Sic *Maittaire* in Annal. T. V. p. 470 sq. Ex uno eoque mutilato codice msto est editum hoc manuale, quod ex verbis praefatiunculae „*ad Lectorem*" apparet: „Damus tibi, studiose lector, Juris ciuilis Epitomen, quam maximis sumptibus Christianus Wechelus excudit, vt communibus Juris candidatorum studijs prodesset in qua excudenda vnico tantum exemplari vsi sumus eoq; peruetusto, vt multa exolescentibus iam literis legi vix poterint, quaedam ita contracté scripta erant, vt aliquot locis nobis fuerit diuinandum, vbi verò lacunulae erant, aut nulla ferè literarum vestigia, aut insigne dubium, asterisci notam adscripsimus, et in omnibus quanta potuimus fide et diligentia exemplar sequuti sumus. *etc.* Bibl. acad. et sen. Lips.

1587, 4. *Προχειρον νομων Κωνσταντινου του Αρμενοπουλου.* Promptvarivm ivris, Constantino Harmenopulo authore. Interprete Ioanne Mercero. Dionysij Gothofredi J. C. paratitla ad singvlos Constantini Harmenopuli titulos Variarvm lectionvm libellus ad eundem authorem. Nomenclator graecarum dictionum Iuris, ad eundem Harmenopolum. (*Genevae.*) Apud Guillelmum Laemarium. M. D. LXXXVII. —— 4 *ff.* praefixa, 495 pp. contextum graecum et versionem lat. continentes; 8 *ff.*: variae lectiones, ex codice *Iac. Lectii* decerptae, 21 *ff.*: Nomenclator, 6 *ff.*: Index Materiarum, et 1 vac. *f.* In nonnullis exemplaribus a. M. D. LXXVII. falso habetur, ut in illo bibl. sen. Lips.

1780, f. Constantini Harmenopuli Manuale legum, item leges agrariae: ex variis codd. Mss. emendavit atque auxit; novam versionem latinam adornavit; notasque et observationes complurium eruditorum, tam editas, quam ineditas, ut et suas adiecit, nec non I. G. Sammet diatribam de Hypobolo subiunxit Guil. Otto Reitzius. —— *V.* in *Meermanni* Supplemento novi thesauri civilis et canonici. Hagae Comit. *Dav. Ruhnken* hoc promptuarium emendatius et explicatius edere voluit, eoque consilio iam multa sibi ex bibl. Leidensi et aliunde paraverat subsidia, sed opera, quam in scriptoribus classicis navare tum tempore coepit, ab illo opere eum retinuit; *v.* in eiusdem Opusculis varii argumenti (LB., Luchtmans. 1823, 8. 7 *Th.* 12 *Gr.*) p. XII.

2) Epitome canonum.

1596, f. Constantini Harmenopuli Epitome divinorum et sacrorum canonum. Graece et Latine, Io. Leunclavio interprete, cum scholiis Citrensis, et Philothei. —— *V.* in *Marq. Freheri* Iure graeco-romano T. I. (Frcf.) T. I. Lib. I. p. 1—71.

3) de opinionibus haereticorum.

1578, 8. Constantinus Harmen. de opinionibus haereticorum, qui singulis exstiterunt, et de fide orthodoxa, Graece, e cod. Io. Sambuci cum versione latina Ioh. Leunclavii. —— Cum Imp. Manuelis Comneni ad Armenos Legatione, editore Io. Leunclavio. *(Bs.)* p. 556—582.

1596, f. — graece cum vers. lat. I. Leunclavii. —— *V.* Marq. Freheri Ius Graeco-Roman. (Frcf.) T. I. p. 547—557.

1624, f. —— *V.* in Ducaei Auctario bibl. Patrum. (Paris.) T. I.

1652, 4. Tomus contra Gregorium Palamam, gr. et lat. —— *V.* in Allatii Graecia Orthodoxa. (Rom.) T. I. p. 780—785. Hic sine auctoris nomine prodiit.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

1) Manuale legum.

1547, 8. Epitome iuris civilis Constantini Hermenopvli (?), a Bernardo a Rey I. V. D. fideliter reddita, ac in latinam linguam conversa, adiectis passim in marg. responsorum ac constitutionum capitibus, ex quibus Autor suam Epitomen compilavit. Coloniae, M. Grynaeus excud. A. 1547. —— 15 *ff.* praefixa, quae dedicationem et praefationem continent, 654 pp. et 1 vac. *f.* Bibl. reg. Dresd. Rep. 1549 et 1566.

1549, 8. — Lgd. —— *V.* 1547 et 1566.

1556, 8. Constantini Harmenopuli iudicis Thessalonicensis Promptuarium Iuris Civilis, Latine redditum per Ioannem Mercerum professorem regium Lutetiae. Lugduni apud Matthiam Bonhomme. —— Notae huic omnium praeferendae versioni sunt adiectae. Rep. 1580.

1566, 8. Epitome Ivris civilis ex libris Pandectarum, codicis, Institutionvm, et Ivstiniani aliorvmq; Principum Nouellis Constitutionibus à Constantino Harmenopulo quondam graece collecta, nuper autem à Bernhardo Reidano Iureconsulto, sermoni Latino restituta. Cvi nvnc primvm accessit, ad hanc Epitomen pernecessarium et vtilissimum Vsuum Feudalium Enchiridion, per eundem Bernhard. Reidanum Iureconsultum. Coloniae Agrippinae Apud Gualtherum Fabricum et Joannem Gymnicum sub Monocerote. Anno M. D. LXVI. —— 12 *ff.* praefixa, 719 pp. Bibl. sen. Lips.

1580, 8. Constantini Hermenopuli (?) promptuarium iuris ciuilis, latine redditum a Ioanne Mercero. Lausannae (vel *Genevae*) excud. Fr. le Preuz. —— 10 *ff.* praefixa, contin. dedicationem et praefationem, et 3 *ff.*: tabula promptuarii, et 1 vac. *f.*, 390 pp., et 9 *ff.*: Index rerum et verborum. Bibl. reg. Dresd. *V.* 1586.

B. germanicarum.

1564, f. Handbuch Und Ausszug Kayserlicher vnd Bürgerlicher Rechten, In sechss vnterschiedliche Bücher durch den Gottseligen, Christlichen, Hochverstendigen Herrn Constant. Harmenopulum. — Durch den hochgel. Bernh. v. Rey in das Latein gebracht, vnd jetzt durch Herrn Just. Göbler *etc.* in gemein deutsche Sprach verwandelt. Gedruckt zu Frankf. am M. 1564. *In fine*: Gedruckt zu Frankf. am M. durch J. Lechler in verlegung Sygm. Feyerabendt vnd Simon Göblern. —— 4 *ff.* praef. quae praefationem et poema ad imperatorem Maximilianum continent, CCXII *ff.*, et 4 *ff.* indicem contin., et ad *f.* CXX (lib. IV. tit. 6) tabula cognationum adfixa est. Bibl. reg. Dresd.

1566, f. Handbuch (*reliqua ut in anteced. edit.*) Getruckt zu Frankfurt am M. 1566. *In calce:* Gedruckt zu Frankf. am M. durch. Egenolff's Erben. —— 4 *ff.* praefixa, contin. praefationem et poemata, 410 pp., 4 *ff.* index.

CONSTANTINUS Manasses.

Fabr. B. Gr. T. V. p. 157; *ed. n.* T. VII. p. 469 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Integra opera.*

1) Annales.

1616, 4. Constantini Manassis Annales, Ioannes Mevrsius Graecè nunquam hactenus editos primus nunc vulgavit. LB., Ex Officinâ Ioannis Patii, Academiae Typographi. Anno cIↄ.Iↄ.ↄ.xvi. —— 4 *ff.* praefixa, a p. 1—259 contextus graecus, a p. 261 — 511 *Leunclavii* versio latina (*v.* infra II.), et 3 non num. pp.: Variatio Exemplarium quorundam, et 3 *ff.*: I. Meursi ad Constantinum Manassem notae; et 8 *ff.*: Index rerum ac verborum. Bibl. acad. Lips.

1655, f. *Κωνσταντινου του Μανασση συνοψις ιστορικη.* Constantini Manassis breviarium historicum. Ex interpretatione Ioannis Leunclavii, cum eiusdem, et Ioannis Meursii Notis. Accedit Variarum Lectionum Libellus, curâ Leonis Allatii, et Caroli Annibalis Fabrotti IC. Item Glossarium Graeco-barbarum studio eiusdem Fabrotti. Paris., e typogr. Regia. M.DC.LV. —— *Coniunctum titulo univ. cum* Georgii Codini Excerptis. *V.* antea CODINUS. I. 2), 1655. Bibl. acad. et sen. Lips. Pertinet ad Byzantinorum collectionem. Rep. 1729.

1729, f. — Venetiis, ex typographia Barth. Jauarina. —— A p. 185—188 habetur: Auctoris anonymi, qui creditur esse Franciscus Dalmata, expositio oraculorum Imperatoris Leonis, uti ex graeco in latinum et vulgarem italum sermonem translata a. 1596 Brixiae in lucem prodierunt; deinde alia opuscula. Pertinet ad collectionem Byzantinorum Venet.

2) Carmen politicum.

1610, 8. Constantini Manassis graecum politicum in Justinum Magn. Imper. cum versione metrica F. Morelli. —— Cum Corippi Afr. Grammat. de Laudibus Iustini Minoris Aug. libris IV. *Paris.*

Bb) *Fragmenta.*

1819, 12. Constantini Manassis Fragmenta, quae Macarius Chrysocephalus in *Ῥοδωνια* servavit, e cod. msto Venet. edita. —— Cum: *Νικητας Εὐγενειανος και Κωνσταντινος Μανασσης.* Edidit, vertit et notis instruxit I. Fr. Boissonade. (Paris. *Voll. II.* 5 *Th.* 18 *Gr.*) T. I.

II. *Editiones versionum.*

1573, 8. Annales Constantini Manassis: Nvnc primùm in lucem prolati, et de Graecis Latini facti, per Jo. Levvenclavivm. Ex Jo. Sambvci V. C. bibliotheca. Accessit Index Rerum et uerborum locupletiss. — Cum Caes. Maiest. priuilegio ad annos X. Basileae, ex officina Episcopiana. M. D. LXXIII. —— 6 *ff.* praefixa, contin. titulum et praefationem, et 2 *ff.*: Notationes Locorum quorumdam, in quibus nonnulla desunt in aliquibus Manassis exemplaribus. Nam ea, quae Sambucus misit, non parum ab integritate Italici nostri multis in locis superantur, 176 pp., et 1 *f.*: Oraculum de restitutione Constantinopolis, antiquo in libro repertum *(graece et latine)*; 13 *ff.*: rerum ac verborum index, 1 *f.* in cuius pag. recta sunt: Errata typographica, et in pag. versa: Basileae, ex officina Episcopiana, per Eusebium Episcopium, et Nicolai fratris haeredes, Anno Domini MD. LXXIII. Mense Martio., deinde 1 *f.*, in cuius pag. versa insigne typ. Bibl. acad. Lips.

CONSTANTINUS Meliteniota.

1659, 4. Constantini, Meliteniotae, Tractatus de ecclesiastica unione Graecorum et Latinorum; Ejusdem de processione Spiritus S. Orationes II, Graece, cum versione Latina Leon. Allatii. —— *V.* in eiusdem Graecia orthodoxa T. II. (Romae) p. 642—921.

CONSTANTINUS Porphyrogenneta.

Fabr. B. Gr. T. VI. p. 486 sqq.; *ed. n.* T. VIII. p. 1 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Plura opera iunctim edita.*

1617, 8. Constantini Porphyrogennetae Imperatoris Opera. In Quibus Tactica Nunc primùm prodeunt. Joannes

Mevrsivs Collegit, coniunxit, edidit. LB., Ex Officina Elzeviriana. Anno clↄlↄcxvii. —— 8 *ff.* praefixa, 230 pp.: de administrando imperio, *graece*, et 45 pp.: Ioannis MeursI ad Constantinum de Administrando Imperio notae breves; 1 *f.* cum sigillo holland., quod superscriptum est: Lugduni Batavorum, Typis Iohannis Balduini: impensis verò Ludovici Elzevirij; deinde 52 pp. contextus graecus et versio latina operis: Constantini Porphyrogennetae Imp. Liber Tacticus, terrâ mariq; pugnantium ordinationem continens. Ioannes Meursius E Codice Bibliothecae Palatinae nunc primùm edidit (alius liber est hic, ac ille paulo infra commemoratus et inscriptus: *Strategicon.)*; p. 52—58: Ioannis MeursI Ad Constantini Tactica Notae; deinde: Constantini Porphyrogennetae Imp. de Thematibus Imperij Orientalis Liber I. Ex Bibliotheca et Versione Bon. Vvlcanii, Cum notis eiusdem. 4 *ff.* praefixa, 51 pp. contextus graecus et versio latina, p. 52—71: Notae Bonaventurae Vvlcanii, p. 73 — 111: Constantini Porphyrogennetae Imp. de Thematibus Imperij Orientalis liber II. Fed. Morellus, Interpres Regius, edidit, Latinè vertit, et Notis illustravit, p. 112—170: Fed. Morelli notae, variae Lectiones, emendationes, et supplementa, in Constantini Porphyrogennetae Commentarios de Thematibus ex MS. Cod. Reg., p. 171—307: Constantini Porphyrogennetae Imp. Novellae, Constitutiones aliquot Io. Leunclavius primus edidit, et Latinam versionem addidit. Notae sunt intersertae. Pag. 308: Lugduni Batavorum, Typis Isaaci Elzevirii. Anno clↄlↄcxvii. Bibl. acad. et sen. Lips. In exemplaribus, quibus hic titulus: Constantini Porphyr. Imper. Opuscula *etc.* est praefixus, desunt dedicatio ad *Oldenbarnevelt* opusque: de administrando imperio, quod iam a. 1611 editum prodiit, itaque postea cum aliis fortasse sub supra indicato titulo coniunctum est.

1741, f. Constantini Opera, ex editione Meursii auctius repetiit I. Lamius. —— *V.* inter *I. Meursii* Opera. (Flr.) T. VI. Hac in repetitione *Meursii* editionis omissae sunt aliorum virorum doctorum adnotationes, et *Meursii* solummodo notas receptae; deinde in libro *de administrando imperio* textui graeco e regione est versio *Banduri* posita. Tacticis *Lamius* suam versionem latinam adiecit, qui praeterea primus C o n s t a n t i n i librum sive illius fragmentum: Στρατηγικον περι ἐθων διαφορων ἐθνων e cod. msto Mediceo cum sua latina versione *ib.* p. 1409 edidit.

Bb) *Opera singulatim edita.*

1) de administrando imperio.

1611, 8. Constantini Imperatoris Porphyrogeniti, de Administrando Imperio, ad Romanvm F. Liber nunquàm antehac editus. Ioannes Mevrsivs primus vulgavit, Latinam interpretationem, ac Notas adiecit. LB., Ex officinâ typographicâ Ioannis Balduini, impensis verò Ludovici, ElzevirI. clↄ. lↄc. xi. —— 4 *ff.* praefixa, 230 pp. contextus graecus, et versio latina, et 1 *f.* cum inscr.: Lugduni Batavorum, Typis Iohannis Balduini: impensis verò Ludovici Elzevirij. Infra sigillum Batavorum, infraque: Anno clↄ. c. xi. (!) Bibl. acad. Lips.

1711, f. Constantini Porphyr. de administrando imperio liber, graece et latine, cum notis Ans. Bandurii. —— *V.* eiusdem Imperium Orientale, siue antiquitates constantinopolitanae. (Paris., e typogr. regia.) T. I. Rep. 1729. *Bandurius* insuper addidit versionem latinam, suppletam, interpolatam et emendatam; praeterea graeca e cod. msto. regio Paris. castigavit, et tabulam geographicam imperii orientalis quale Constantini Porphyr. temporibus fuit, praemisit, adornatam a geographo *de l'Isle.*

1729, f. —— *Ib.* (Venetiis, ex typographia Barth. Iauarina.) T. I.

2) de thematibus.

1588, 8. Sapientissimi Regis Constantini Porphyrogennetae de Thematibus, Siue de Agminibus militaribus per Imperium Orientale distributis, Liber, nunquam antehac editus: Ex Bibliotheca et Versione Bonaventurae Vulcanii, Cum Notis ejusdem. LB., Ex officina Plantiniana, Apud Fr. Raphelengium, clↄ. lↄ. lxxxviii. —— 4 *ff.* praefixa, 42 pp. contextus graecus, 3 *ff.* indicem contin., 42 pp. versio latina, 10 *ff.*: Notae Bonaventurae Vulcanii. Bibl. sen. Lips.

1609, 8. Constantini Porphyr. de thematibus occiduae partis Orientalis imperii libri duo, graece nunc primum e bibliotheca reg. editi, a Fed. Morello recensiti, latine versi, et notis illustrati. Lutet. Paris., Fed. Morel. —— *Vulcanius* quoque hoc opus integrum, ut hac in editione prodiit, edere voluit.

1711, f. — de thematibus imperii orientalis et occidentalis libri II. Graece cum versione et notis Anselmi Bandurii. —— *V.* eiusdem Imperium Orientale, *etc.*

(Paris., e typogr. regia) T. I. p. 1 sqq. E cod. ms. Paris. emendavit librum *Bandurius*. Rep. 1729.

1729, f. —— Vt., ex typograph. Barthol. Javarina, T. I.

3) de caeremoniis.

1751—1754, f. Constantini Porphyr. libri duo de ceremoniis aulae Byzantinae. Prodeunt nunc primum graece cum latina interpretatione et commentariis. Curarunt Io. Henr. Leichius, et I. Iac. Reiskius. Tom. I. continens librum primum. — Tom. II. contin. librum secundum. Lps., I. F. Gleditsch. —— 6 *Th.*, ch. scr. 10 *Th.* Tomus III. promissus, nunquam prodiit. Nunc raro liber occurrit, quia plurima exemplaria in ch. obsoleta referebantur. Conf. Relationes *(Gotting.)* de libris novis, Vol. I. fasc. IV. p. 390 sqq., Vol. III. fasc. I. no. IX. p. 249 sqq., et Acta lips. 1752. febr. p. 49 sqq. et 1755 febr. p. 49 sqq.

1829—1830, 8 mai. Constantini Porphyrogeniti Imperatoris de Ceremoniis aulae Byzantinae libri II. Graece et Latine e recensione I. Iac. Reiskii, cum eiusdem Commentariis integris. Bonnae, Weber. *Voll. II.* —— 6 *Th.* 20 *Gr.* Ad collectionem Byzantinorum pertinet.

4) Novellae constitutiones.

1557, f. Constantini Porphyr. Constitutiones imperiales. Lutet. Paris. — ?

1596, f. Constantini Porphyr. Novellae constitutiones XIII. Graece, cum versione latina, et castigationibus I. Leunclavii. —— *V.* 'I. Leunclavii Ius Graeco-Rom. T. I. lib. 2. p. 103 sq., T. II. p. 139 sq.

1606, 8. Constantini Porphyrogen. Novellae constitutiones IV. Carolus Labbeus multis in locis restituit, auctiores et emendatiores quam antea editae, Mss. reg. ope fecit, et notis illustravit. —— *V.* eiusdem Imperiales novellas Constitutiones X. Paris. —— Hae quatuor novellae et in editione operum a. 1617 edita extant.

5) Historia.

1653, 8. Constantini Porphyr. Basilius Macedo, s. historia de vita et rebus gestis Basilii Imperatoris, Graece et Latine, Leone Allatio interprete. —— Inter L. Allatii Συμμικτα. (Cl. Agripp., per Iodocum Kalcovium) Lib. II. p. 1 sqq.

1685, — 1729, f. — historia, graece cum nova versione latina Fr. Combefisii. —— Inter Scriptores post Theophanem. *Paris.*, 1685, et *Vt.*, 1729.

6) Narratio.

1664, 4. Constantini Porphyr. Narratio de imagine Christi ab ipso ad Augarum Edessae regem missa, et Edessa Constantinopolin translata. Graece cum vers. lat. sua, notisque primus vulgavit Fr. Combefisius. —— In: Fasciculo Originum et antiquitatum CPol. p. 75—101. Paris.

7) Excerpta.

1582, 4. Ex Libris Polybii Megalopolitani Selecta de Legationibus: Et alia, qvae seqventi pagina indicantur: nunc primum in lucem edita. Nunc primum in lucem edita ex Bibliotheca Fulvii Ursini. Antverpiae, ex Officina Chph. Plantin. —— 447 pp. textum graecum, et 182 pp. notas contin. In opere ipso, et in titulo non commemorata, excerpta habentur: Fragmenta ex Historiis qvae non extant: Dionysii Halicarnassei: Diodori Siculi: Appiani Alexandrini, Dionis Cassii Nicaei de Legationibus, Dionysii Liber LXXIX. & LXXX. imperfectus. Emendationes in Polybium impressum Basileae per Io. Hervagium anno 1529 (1549). Fulvius Ursinus.

1634, 4. Polybii, Diodori Siculi, Nicolai Damasceni, Dionysii Halicarnassensis, Appiani Alexandrini, Dionis et Ioannis Antiocheni Excerpta ex Collectaneis Constantini Augusti Porphyrogenetae. Henricus Valesius nunc primum Graece edidit, Latine vertit, Notisque illustravit. Parisiis, sumptibus Mathurini Du Puis. —— Haec excerpta plerumque *Excerpta Peiresciana*, quia *Peirescius* ea edidit, appellantur. Alias fragmentorum historicorum collectiones *v.* infra s. v. DEXIPPUS.

8) de re veterinaria.

1537, 4. Veterinariae Medicinae libri duo a I. Ruellio olim latinitate donati, nunc sua scil. Graeca lingua primum in lucem editi. Bas., ap. I. Valderum.

II. *Editiones versionum.*

1) Narratio.

1583, f. Narratio de imagine Christi, latine. —— *V.* in *Laurentii Surii* De San-

ctorum historiis. (Cl. Agripp.) T. IV. ad 16. m. Augusti. Aute apud *Aloysium Lipomanum* in Vitis S. Patrum.

2) De re veterinaria.

1530, f. Medicinae Veterinariae Libri II, Io. Ruellio interprete. Paris., ap. Sim. Colinaeum. —— De huius libri versione italica, quam *Fabricius* citat, dubitandum est. Ille gallicam quoque per *Ioan. Masseum* factam Parisiis 1563, 4 commemorat, de qua nihil certi comperi.

III. *Illustrantia Constantinum scripta.*

Mart. *Hanke:* De Constantini Porphyrog. vita et scriptis. —— *V.* eiusdem Librum de Byzantinarum rerum scriptoribus graecis. (Lps., Kästner. 1777, 4) p. 461 — 478.

I. H. *Leichius:* De Vita et rebus gestis Constantini Porphyrogeniti, Imperatoris Byzantini, Commentatio. Lps., 1746, 4.

I. *Moller:* De Constantino Porphyrogeneta. —— *V.* eiusdem Homonymoscopiam, cap. V. p. 441 sqq.

C. F. A. *Nobbe:* Spec. reliquiarum Reiskianarum, in scholae Nicolaitanae bibliotheca asservatarum, adnotationes in Constantini Porphyrogeneti opus de caeremoniis aulae Byzantinae complectens. *Progr.* Lps., 1829, 8. —— 24 pp.

Cph. *Saxe:* De Constantino Porphyrogeneta. —— *V.* eiusdem Onomasticon litterarium, T. II. p. 142 sqq.

CORAX.

J. Jacques *Garnier:* Mémoire sur l'art oratoire de Corax. —— *V.* in Mémoires de l'Institut de France. Classe d'histoire et de litt. ancienne, Vol. II. (1815, 4) p. 44 — 80.

Mongitor: De Corace. —— *V.* eiusdem Bibl. Siculam, T. I. p. 146 sqq.

Leonh. *Spengel:* De Corace rhetore. —— *V.* eiusdem *Συναγωγη τεχνων.* (Sttg., Cotta. 1828, 8) p. 23 sqq.

CORINNA.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 578 sq.; *ed. n.* T. II. p. 118 sq.

I. *Collectiones fragmentorum.*

1568, 8. Corinnae fragmenta. Graece cum notis, edidit Fulv. Ursinus. —— *V.* ab eo collecta: Carmina novem illustrium feminarum. (Atv.) p. 45 sqq., p. 295 sq.

1734, 4. *Κοριννης της Τανυγραιας μελη.* Corinnae Tanagreae carmina. Graece, latine et cum notis. Edidit I. Ch. Wolfius. —— *V.* inter: Poetriarum octo fragmenta et elogia ab eo edita. (Hmb., ap. Abr. Vandenhoeck.) p. 42 sqq.

1802, 8. Corinnae fragmenta. —— *V.* inter *A. Schneideri Μουσων ανθη* s. poetriarum graecarum carminum fragmenta. (Giessae, Tasché.)

II. *Illustrantia Corinnam scripta.*

( ) De Corinna poetria graeca dissertatio. Upsal., 1826, 8.

I. Marius *Mattius:* De Corinna. —— *V.* eiusdem Variarum lectionum seu Opinionum libros III. (Alexandriae Statiellae, Quinctianus. 1598, 4; Vt., Somascho, 1605, 4) lib. III. cap. 29.; et rep. in *Gaudentii Roberti* Miscellaneis ital. T. IV. p. 517 sq., et in *Trigae* opusculorum crit. rariorum collectione. (Trj. ad Rh., ap. Matth. Visch *etc.* 1755, 8.) p. 440.

I. G. L. *Mellmann:* De Corinna. —— *V.* eiusdem Commentationem de causis et auctoribus narrationum de mutatis formis. (Lps., Kummer. 1786, 8) p. 74 sq.

Gf. *Olearius:* De Corinna, poetria. —— *V.* in eiusdem Diss. de poetriis graecis, adiecta collectioni *Wolfii* (*v.* I. 1734) p. 146 sqq.

I. Gli. *Schneider:* Das Verhältniss der Corinna zu Pindar. —— *V.* eiusdem Versuch über Pindars Leben. (Strsb., Stein. 1774, 8) p. 5 sq., 9 sq.

F. Ch. *Welcker:* De Corinna et Erinna poëtriis commentatus est. —— *V.* in *F. Creuzeri* Meletematis e discipl. antiq. P. II. p. 1 sqq.

CORNUTUS v. PHURNUTUS et ANNAEUS.

COSMAS.

Fabr. B. Gr. T. II. p. 609 sqq.; *ed. n.* T. IV. p. 251 sqq.

I. *Editiones textus.*

1) Christiana topographia.

1706, f. *Κοσμα αιγυπτιου μοναχου χριστιανικη τοπογραφια.* Cosmae, Aegyptiaci monachi, christiana topographia, sive Christianorum opinio de mundo, Graece, cum versione Latina et no-

tis Bernardi de Montfaucon. Praemissa est eiusdem praefatio in Cosmae aegyptii topographiam christianam, sive Christianorum opinionem de mundo. —— *V.* eiusdem Collectionem Novam Patrum Graecorum. (Paris., Rigaud. *Tom. II.*) T. II. p. 1—345. De Monumento Adulitico sive Adulitano, cuius inscriptio primus *Leo Allatius Romae* 1631, 4 edidit, *v.* infra s. v. INSCRIPTIONES, ubi quoque reliquae editiones citantur.

1788, f. *Κοσμα αιγυπτιου μοναχου χριστιανικη τοπογραφια.* Cosmae Aegyptii Monachii Christiana Topographia sive Christianorum opinio de mundo. Graece et Latine. —— *V.* in *Gallandii* Bibl. PP. (Vt.) T. XI. p. 399—591.

2) Historia naturalis.

1666, f. Description des Plantes et des Animaux des Indes Orientales par Cosmas Monachus autrement Indopleustes; tiré d'un Manuscrit de la Bibliotheque de S. Laurens de Florence, le Texte Grec avec la traduction Française. —— *V.* in *Melchioris Thevenot* Relations de divers Voyages curieux. (Paris.) P. I.

II. *Illustrantia Cosmam scripta.*

Paschal Fr. Jos. *Gosselin*: Sur Cosmas. —— *V.* eiusdem Recherches sur la géographie de Anciens, p. 227.

A. H. L. *Heeren*: Ueber Cosmas christliche Erdbeschreibung. —— *V.* eiusdem Ideen über die Politik, den Verkehr u. den Handel der vornehmst. Völcker der alt. Welt. locis pluribus.

— —: De Cosmae de India notitia. —— *V.* eiusdem Commentationes de Graecorum de India notitia et cum Indiis commerciis, *v.* in Commentationibus soc. Götting. Vol. X. et XI. Conf. eiusdem Commentationem de Romanorum de India notitia, *ib.* Vol. XI.

Bern. *de Montfaucon.* —— *V.* antea s. v. Athanasius Alex. III.

Cas. *Oudin*: De Cosma Indicopleuste. —— *V.* eiusdem Commentarios de Scriptoribus ecclesiast. T. I. (Lps., 1722, f.) p. 1407—1413.

W. *Robertson*: On Cosmas. —— *V.* in eiusdem libro An historical disquisition concerning the Knowledge which the Ancients had of India *etc.* (Ld., 1791, 4 mai.) Germanice versus est s. tit. Histor. Untersuch. über die Kenntn. der Alten von Indien u. die Fortschritte des Handels m. diesem Lande. A. d. Engl. von G. Forster. (Brl., Voss. 1792, 8 mai. 1 *Th.* 6 *Gr.*) p. 91 sq.

CRATES Atheniensis.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 751 sqq.; *ed. n.* T. II. p. 428 sqq.

F. *Jacobs*: Cratetis aliquot loca apud Athenaeum emendantur. —— *V.* eiusdem Additamenta Animadversionum in Athenaei Deipnosophistas. (Jn., 1809, 8) p. 80 sq., 159, 208 sq., 226 sq., 339.

A. *Meineke*: Cratetis, Atheniensis, poetae comici, historia. —— *V.* eiusdem Quaestionum scenicarum Spec. I. (Brl., 1826, 4 mai.) p. 25 sqq.

CRATES Thebanus.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 673, T. II. p. 361 sq. 714; *ed. n.* T. I. p. 686, T. II. p. 294, T. III. p. 514, T. IV. p. 470.

I. *Editiones textus.*

1) Epistolae.

1499, 4. Cratetis Epistolae. Graece. —— *V.* in *Aldi* collectione Epistolarum graecarum. Venetiis apud Aldum mense Martio. M. ID. *Aldus* tantummodo XIV epistolas hîc publicavit; codex autem mstus Venet. XXXIV continet, quarum XXIII sunt ineditae. Sic refert *Renouard* in Annales des Aldes T. I. (1825, 8) p. 43.

1601, — 1609, 8. Cratetis epistolae. Graece et lat. per Eilhardum Lubinum. —— In Commeliniana epistolarum graec. collectione. A. 1609 titulus est mutatus.

1606, f. — graece latine. —— Inter Epistolas graecanicas mutuas antiquorum rhetorum *etc.* (Aurel. Allobr.) p. 345 sqq.

1827, 4. Cratetis epistolae. Graece cum versione franco-gallica et notis edidit I. Fr. Boissonade. —— *V.* in Notices et Extraits des Manuscrits de la Bibl. du Roi *etc.* T. XI. (Paris, impr. royale.) P. II. Hîc e codice Vatic. no. 483 editae extant epistolae XXXVIII., quarum XIV iam ab *Aldo* publicatae, aliae autem XV latine versae tantum editae sunt; reliquae hîc primum prodierunt. Omnes autem, nec sine causa, adulterinas et a pluribus rhetoribus profectas esse iudicat *Boissonade.*

2) Sententiae et Apophthegmata.

1821, 8. Cratetis Sententiae et Apophthegmata. Graece et Latine, et cum

notis. Edidit I. Casp. Orelli. —— V. eiusdem Opuscula graecorum veterum sententiosa et moralia. (Lps., Weidmann. *Voll. II.*) Vol. II. p. 43 sqq.

3) Fragmenta poetica.

1569, 12. Cratetis fragmenta poetica graece et latine. —— V. inter Comicorum Graecorum sententias, id est γνῶμαι, ab H. Stephano editas p. 421 sq.

1626, 4. — graece. —— V. inter *Hugonis Grotii* Excerpta ex tragoediis et comoediis graecis. (Paris., Buon) p. 451 sq., p. 508 sq.

1782, 8. Excerpta ex Cratete. —— V. inter Poetas gnomicos graecos, cura Brunckii. (Arg.) Rep. 1815 sqq.

1815, 12. —— *Ib.* (Lps., Tauchnitz) p. 157.

1817, 8. —— *Ib.* (Lps., Fleischer.)

1817, 12 mai. —— *Ib.* (Lps., Weigel.)

1823, 32. —— *Ib.* cura I. Fr. Boissonade. (Paris, Lefevre) p. 185 sq.

4) Reliquiae.

1772, 8. Cratetis Thebani Reliquiae. Graece. —— V. in *Brunckii* Analectis T. I. p. 186 sqq.

1794, 8. —— V. in *F. Jacobsii* Anthologia T. I. p. 118 sq.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

α) *Sine l. notitia.*

—, 4. Cratis (?) Cynici, Diogenis discipuli, Epistolae, e graeco in latinum traductae per Athanasium Constantinopolitanum, Archiensem Abbatem. *quorum in fine:* Finis CynicaR Cratis. —— Cum Phalaridis epistolis. Parisiis. Prodiit circa 1471. Aliam editionem, sine a. et l. notitia, commemorat *Boissonade*, sed de hac nihil certi comperi.

β) *Cum a. notitia.*

1486, 4. Rhetorica Poncii: Copia latinitatis: Epistole Bruti et Cratis (?) De arte notariatus. *Haec in fronte f.* 1 *a. F.* 22 *a:* Explicit modus dictandi Magistri Poncii *etc.* Anno dñi. M.CCCC.LXXXVI. *F.* 23 *a:* Libellus de latinitatis copia incipit. *F.* 40 *b:* Explicit copia latinitatis. *Sequuntur:* epistole breues. *F.* 41 *a:* Raimitii in catalogum Mitridatis de epistolis. M. bruti, ad Nicolaum quintum pontificem maximum. prefatio feliciter incipit. *F.* 50 *b:* Epistole Cratis (?). *F.* 55 *a:* Finis Cynicarum Cratis (?). *Sequitur:* tractatus de arte notariatus. *In fine f.* 60 *a finitur:* tractatus de arte Notariatus. —— Char. goth. cum *sign.* et num. *ff.* Sic *Panzer* in Annal. T. IV. p. 40. no. 311, quia librum ipse vidit, accuratius quam *Braun* in Notitia hist.-litter. de libris *etc.* in bibl. monasterii ad SS. Udalricum et Afram. (AV. 1789, 4) T. II. p. 144 sq.

γ) *Cum l. et a. notitia.*

1501, 4. Cratetis Epistolae, Latine, interprete Athanasio, Constantinopolitano, Archiensi Abbate, edente I. Stabio. Nurmb., per Ambros. Hueber.

B. germanicarnm.

1826, 8. Des Krates von Thebä elegische Ueberreste, übers. u. erläut. von W. E. Weber. —— V. eiusdem Die elegischen Dichter der Hellenen nach ihren Ueberresten übers. u. erläut. (Frkf. a. M.) p. 268 sq. p. 657 sq.

III. *Illustrantia Cratetem scripta.*

Iac. *Brucker:* De Cratete, cynico philosopho. —— V. in eiusdem Historia crit. philosophiae, Vol. I. p. 743, 888 sqq.

F. *Jacobs:* De Cratete Thebano. —— V. eiusdem Commentarium in Anthologiam T. III. P. III. sive totius operis T. XIII. p. 875. *Harlesius* ad Fabr. B. Gr. T. IV. p. 470 Cratetem *Thebanum* cum Cratete *grammatico* confudit. De grammatico cf. *Villoison.* in Prolegg. ad Homer. p. XXVII., *Wolf.* in Prolegg. §. LI. p. CCLXXVI. et *Jacobs* l. c. p. 875 sq.

Ign. *Rossi:* De Cratete, apud Diogenen Laert. commemoratum. —— V. eiusdem Commentationes Laert. p. 99 sq.

CRATINUS.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 753 sqq.; *ed. n.* T. II. p. 430 sqq.

I. *Fragmenta.*

1616, 8. Cratini fragmenta, graece et latine. —— V. in *Hertelii* Bibl. vetust. comicorum. (Veronae.) p. 306 sq.

1626, 4. — graece c. versione latina Hug. Grotii. —— V. eiusdem Excerpta ex Tragoediis et Comoediis graec. (Paris.) p. 488 sq.

1805, 8 mai. Cratini fragmentum fabulae *Πυτίνη*. Graece latine et cum notis, edid. Rob. Walpole. —— *V.* eiusdem Comicorum Graecorum fragmenta quaedam. (Ld., Mawman.) p. 3, versio latina p. 55., notae p. 83 sq.

1824, 8. Cratini veteris comoediographi reliquiae. Edid. C. Em. Aurivillius. Progr. II. Upsalae.

1827, 8 mai. Cratini veteris comici Graeci fragmenta, collegit et illustravit M. Runkel. Lps., Hartmann. (*nunc* Lehnhold.) —— VI, 110 pp. 16 *Gr.* Decem fragmenta hac in collectione omissa, aliaque addenda tum emendationes tum explicationes auctor ipse attulit in collectione fragmentorum Pherecratis p. 182 sqq. Conf. censuram *Dübneri* in *Seebodii* Bibl. crit. 1829. no. 35 et 36.

II. *Illustrantia Cratinum scripta.*

J. A. *Böttiger:* Ein Fragment des Kratinus. —— *V.* eiusdem Amalthea, Vol. II, praefat. p. 4.

H. Fynes *Clinton:* On Cratinus. —— *V.* eiusdem Fastos Hellenicos. (Ox. 1824, 4 mai.; rep. *ib.*, 1827, 4 mai., et latine conversos per *Krügerum* *Lps.*, *Vogel.* 1830, 4) pluribus locis.

F. *Jacobs:* Cratini loci ab Athenaeo aliisque servati emendantur. —— *V.* eiusdem Additamenta animadversionum in Athenaei Deipnosophistas. (Jn., 1809, 8 mai.) p. 53 sq., 201 sq., 239, 248, 274, 293, 339; 57, 72; 198.

Hadr. *Iunii* Animadversiones in Cratinum. —— *V.* eiusdem Animadversa *etc.* (Roterd., 1708, 8) p. 157, 185, 390, 479.

C. G. *Lucas:* Cratinus et Eupolis. Diss. Bonnae, Weber. 1826, 8 mai. —— VIII, 109 pp. 12 *Gr.*

— —: Diss. de difficilioribus quibusdam Cratini fragmentis. Bonnae, Weber. 1828, 8 mai.

A. *Meineke:* Notae criticae in Cratinum. —— *V.* eiusdem Curas criticas in Comicorum fragmenta ab Athenaeo servata. (Brl., Maurer. 1814, 8) p. 11, 27, 62, 70, 73 sq.

— —: De Cratino, eiusque tempore. —— *V.* eiusdem Quaestionum scenicarum Spec. I. (Brl., 1826, 4 mai.) p. 14—25.

F. G. *Welcker:* Ueber e. Stelle aus des Kratinos *Πυτίνη*. —— *V.* Rheinisches Museum f. Philol., Gesch. u. griech. Philos. 1828. I. p. 131 sq.

CRATINUS iunior.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 755; *ed. n.* T. II. p. 435.

H. Fynes *Clinton:* On Cratinus. —— *V.* eiusdem Fastos Hellenicos (Ox., 1827, 4 mai.) p. XLIII. 324, 4. et in lat. vers. *Krügeri* *Lps.*; *Vogel.* 1830, 4.

A. *Meineke:* De Cratino iuniore, poeta mediae comoediae. —— *V.* eiusdem Quaestionum scenicarum Spec. III. (Brl., 1830, 4) p. 46 sq.

CRINAGORAS.

Fabr. B. Gr. T. II. p. 714; *ed. n.* T. IV. p. 470.

I. *Epigrammata.*

1773, 8. Crinagorae epigrammata, graece et cum notis, edid. Rich. Fr. Ph. Brunck. —— *V.* eiusdem Analecta, T. II. p. 140 sqq., et in Lectt. p. 159 sqq.

1794, 8. Crinagorae epigrammata, graece et cum notis, auctius edid. F. Jacobs. —— *V.* eiusdem Anthologiam, T. II. p. 127 sqq. et T. XIII. Paralipom. no. 65 et 74.

II. *Illustrantia Crinagoram scripta.*

F. *Jacobs:* De Crinagora, epigrammatario. —— *V.* eiusdem Commentarium in Anthologiam Vol. III. P. III. sive totius operis T. XIII. p. 876 sqq.

CRITIAS.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 672 sq.; *ed. n.* T. II. p. 294.

I. *Fragmentorum collectiones.*

1827, 8 mai. Critiae tyranni carminum aliorumque ingenii monumentorum quae supersunt. Disposuit, illustravit, emendavit Nic. Bach. Praemissa est Critiae vita a Flavio Philostrato descripta. Lps., Vogel. —— VIII, 142 pp. 20 *Gr.* Auctor huius scriptionis Critiae scripta divisit p. 32 sqq. in: *Ποιηματα, συγγραφας, λογων ειδος,* et *ἐξ ἀδηλων ειδων.* P. 119 sqq. sequuntur: 1) Epimetrum ad Critiae fragmentum I. 2) Epimetrum ad Mimnermum; in quo editor contra crisin *Pinzgeri* in Schlesischen Provinzialblättern se defendit. Additamenta editoris ipsius *v.* in eiusdem censura (*v. Iahnii* Annal. 1829. I. p. 319 sqq.) editionis Athe-

naei, quam *Gu. Dindorfius* paravit. Conf. quoque censuram in ephem. scholast. univ. 1828. II. no. 66. p. 537—544; no. 67. p. 545—547; ephem. litt. lips. 1829. no. 252.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

1525, 8min. Ph. Melanchthonis interpretatio Orationis Critiae contra Theramenem ex Xenophonte. — *V.* antea s. v. Aeschines *rhetor.* III. Ph. Melanchthon.

B. germanicarum.

1810, 8. Des Kritias Elegie (Athen. X. 11.) übers. von Fr. Passow. — *V.* in *Büschingii* et *Kannegiesseri* Pantheon, An. II. fasc. I. p. 104.

1826, 8. — übers. und erläutert von W. E. Weber. — *V.* eiusdem Versiones: Die Elegischen Dichter der Hellenen *etc.* (Frkf. a. M.) p. 260 sqq., p. 641 sqq., ubi Critiae vita notis est praemissa.

III. *Illustrantia Critiam scripta.*

Nic. *Bach*: De Critiae Tyranni politiis elegiacis commentatio. Progr. in Oppoliensi regio gymnasio. Vratislav., 1826, 8. — 24 pp. Conf. *Seebodii* Neues Archiv, 1827. IV. p. 139; et ib. 1829. p. 138 sq. *Wendtium*, contra quem auctor scriptionis ib. 1830. p. 39 disputat; *v.* ib. p. 64. et ib. 1830. p. 178. Laudalis libellus.

Ed. Ph. *Hinrichs*: De Theramenis, Critiae et Thrasybuli, virorum tempore belli Peloponnesiaci inter Graecos illustrium, rebus et ingenio commentatiuncula. Hmb., Meissner. 1820, 4. — 68 pp. Quae hic continentur *v.* indicata in *Seebodii* Neues Archiv, 1826. III. p. 103—108.

Leonh. *Spengel*: De Critia. — *V.* eiusdem *Συναγωγη τεχνων*. (Sttg., Cotta. 1828, 8) p. 120 sq.

Gli. *Tenneman*: Ueber Critias, als Sophist. — *V.* eiusdem Geschichte der Philosophie. (Lpz., Barth.) T. I.

W. E. *Weberi* Diss. de Critia Tyranno. Frcf. ad M., 1824, 4. — 32 pp.

CRITO.

Fabr. B. Gr. ed. Harles. T. II. p. 715.

I. F. *Ebert*: De Critone Pieriota. — *V.* eiusdem Dissertationes Siculas, T. I. (Rrgm., 1825, 8) p. 138 sq.

CTESIAS.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 881 sqq.; *ed. n.* T. II. p. 740 sqq.

I. *Editiones textus.*

1557, 8. *ΈΚ ΤΩΝ ΚΤΗΣΙΟΥ, ἈΓΑΘΑΡΧΙΔΟΥ, ΜΕΜΝΟΝΟΣ ἱστορικων ἐκλογαι. ἈΠΠΙΑΝΟΥ Ἰβηρικη και Ἀννιβαϊκη.* Ex Ctesia, Agatharchide, Memnone excerpta historiae. Appiani Iberica. Item, De gestis Annibalis. Omnia nunc primum (*graece*) edita. Cum Henrici Stephani castigationibus. EX OFFI. HENRICI Stephani Parisiensis typographi. AN. M. D. LVII. — 8 *ff.* praefixa, 248 pp. Nitide impressus liber. Bibl. acad. et sen. Lips. Auctius rep. 1594.

1570, f. Ctesiae fragmenta. Graece. — Cum Herodoto apud H. Stephanum, et in aliis editionibus.

1594, 8. *Ἐκ των Μεμνονος Ἱστοριων, περι Ἡρακλειας της Ποντικης τυραννων, ἐκλογαι. Ἐκ των Κτησιου και Ἀγαθαρχιδου ἐκλογαι.* Ex Memnone excerptae historiae, De tyrannis Heracleae Ponticae. Ex Ctesia et Agatharchide excerptae historiae. Omnia non solùm Graecè, sed et Latinè, partim ex Henrici Stephani, partim ex Lavr. Rhodomanni interpretatione. Cum accessione ad ea quae prius ex illis historiis excerpta fuerant. Anno M. D. LXXXXIIII. Excudebat Henr. Stephanus. — 8 *ff.* praefixa, 260 pp., p. 249 sqq. habentur duae Chionis epistolae, aliaque, quae ad Clearchum, Agatharchidem respiciunt. Versio latina singularem titulum et numeros paginarum habet sic: Ex Memnone et aliis excerptae historiae, De tyrannis Heracleae Ponticae. Ex Ctesia et Agatharchide excerptae historiae. Omnia cum recenti accessione, Graecè: necnon Latinè, partim ex Henr. Stephani, partim ex Lavr. Rhodomanni interpretatione. Anno M. D. LXXXXIIII. Excudebat Henr. Stephanus. — 4 *ff.* praefixa, 175 pp. Bibl. sen. Lips.

1601, f. Ctesiae Fragmenta sive Excerpta, graece cum lat. versione et scholiis Dav. Hoeschelii. — *V.* in Photii Bibl. (AV.) p. 526 sqq.

1653, f. — graece cum lat. versione et Scholiis Andr. Schotti. — *V.* in Photii Bibl. (Rothomagi.) p. 106 sqq.

1679, f. — graece cum lat. interpretatione H. Stephani et indice duplici, quarum altera est Laur. Rhodomanni et cum notis, variis lectionibus et diversis

interpretationibus H. Stephani, Dav. Hoeschelii et Andr. Schotti. Adhaec alia eiusdem Ctesiae ex iisdem et aliis ipsius libris fragmenta, aucta et locupletata. —— *V.* in *Th. Gale* editione Herodoti. (Ld.) p. 629 sqq.

1715, f. — graece et lat. cum iisdem versionibus et notis. —— *V.* in *Iac. Gronovii* editione Herodoti. (LB.) aliisque editionibus.

1823, 8 mai. *Κτησιου του Κνιδιου τα σωζομενα.* Ctesiae Cnidii quae supersunt. Nunc primum seorsim emendatius atque accuratius edita. Cum interpretatione latina Henrici Stephani aliorumque, et annotationibus Henrici Stephani, Hoeschelii, Schotti, Gronovii aliorumque, quibus suas atque indices copiosissimos adiecit Albertus Lion. Gott., Vandenhoek & Ruprecht. —— XL, 308 pp. 1 *Th.* 8 *Gr.* Conf. censuram in ephem. litt. Jenens. 1827, no. 109. p. 385 sqq.; *Seebodii* Bibl. crit. 1829, IX. p. 888. Veterem fragmentorum ordinem retinuit *Lion,* ita ut quae ipse ad iam prius collecta addidit suo loco inseruerit. Ceterum Fragmenta Persicorum praemissa sunt Excerptis, ut Fragmenta Indicorum Excerptis, cum antea Excerpta Fragmentis praeirent. Pag. XI — XX sequitur: H. Stephani de Ctesia historico antiquissimo disquisitio; p. XX — XXIX: De Ctesia historico, ex I. Alb. Fabricii Bibl. graeca cum auctario Harlesii; p. XXX — XXXIII: De *διττογραφιᾳ* quorundam nominum in Ctesia ipsis ac voce *ἐκλογων* (ex Stephani castigationibus ad Appiani Iberica et Annibalica, Ctesiaeque Agatharchidis et Memnonis Excerpta in fine); p. XXXIV — XXXVIII: Veterum quorundam testimonia de Ctesia eiusque scriptis et dicendi genere; p. XXXIX: F. A. Schotti Regum Persicorum Series ex Ctesia. Pag. 271 — 281: Excursus ad Ctesiae Indica; quo *Tychseni* interpretatio indicarum vocum, quae apud Ctesiam occurrunt, repetitur. Pag. 282 — 290 reliqua Ctesiae collecta fragmenta habentur. Caeterum quod contextum emendandum attinet et interpretationem aptiorem, multa intacta reliquit *Lion.*

1824, 8 mai. Ctesiae Cnidii Operum Reliquiae. Fragmenta collegit, textum e codd. recognovit, prolegomenis et perpetua annotatione instruxit indicesque adiecit Io. Ch. Felix Baehr. Frcf. ad M., ex off. Broenneriana. —— (VIII,) 471 pp. 2 *Th.*, ch. membr. 3 *Th.* Primum locum obtinet §. 1: Notitia de Ctesia Cnidio ex Fabricii B. Gr. ed. Harles; deinde sequitur §. 2: De Ctesia Cnidio altera notitia, ex Gerh. Vossii de historicis graecis I. 5., quaeque *Lion* omisit; §. 3 acute disserit *Baehr:* De aliis, qui eodem Ctesiae nomine feruntur; §. 4: De Ctesiae Cnidii vita: ubi praeter alia recte diiudicata, Xenophonti nec Herodoto, ut *Salmasius* statuit, Ctesiam aequalem fuisse ostenditur; §. 5: De professione et conditione Ctesiae Cnidii; §. 6: De Ctesiae scriptis in universum; §. 7: De oratione Ctesiae; et §. 8: De Ctesiae fide, ubi p. 25 sqq. primum locum habet: H. Stephani de Ctesia historico antiquissimo disquisitio; deinde p. 37 sqq. eiusdem Stephani: De *διττογραφιᾳ* quorundam nominum in Ctesia praesertim: et de Excerptis ipsis ac voce *Ἐκλογων.* Editor ipse Ctesiae fidem, adhibitis subsidiis litterariis, etiam recentissimis libris, qui et itinerum descriptiones, et geographicas, et naturae historicas, et ipsas historicas disquisitiones continent, diiudicavit ac defendit, ita ut p. 35. 1) de Assyricis, p. 40. 2) de Persicis, p. 50. 3) de Indicis, quae inprimis sunt impugnata, egerit. *G. Ios. Asbach* in sua diss. de Theopompo Chio historico (Frcf. ad M., 1823, 4) p. 5. not. 1 dicit: „Etiam Ctesias Cnidius de rebus Indicis libri causa in malae fidei famam venisse mihi videtur. Nam plurimi veterum loci, quibus Ctesias scriptor mendacissimus dicitur, Indica spectant.“ *Io. Vossius* in Lib. de LXX interpretibus p. 334 dicit: „Ctesiae auctoritati in Persicis plurimum tribuunt veteres, cum tamen in ceteris fuerit mendacissimus.“ Ad contextum graecum emendandum *Baehr* usus est *Werferi* reliquiis mstis, quibus collationes codicum mstorum Bavaricorum no. 30 et 287 continebantur. Notae adiectae sunt criticae, exegeticae, tum linguam tum res ipsas tractantes. Ceterum dolendum, quod *Baehrius* adhibere non potuit *Bekkeri* editionem Photii, ex qua multa emendanda ipsi se obtulissent, quod satis per se ex collatione liquet, etiamsi non legerimus egregiam censuram insertam ephem. litt. Lips. 1826, no. 117 et 118. ubi discrepantes lectiones *Bekkeri,* adiectis gravibus animadversionibus, enumerantur. Conf. ephem. litt. Halens. 1826. no. 77.

1824, 4. Ctesiae fragmenta. E recensione Imm. Bekkeri. —— *V.* in Photii Bibliotheca p. 35 — 50. Nova recensio ad codices mstos constituta.

II. *Editiones versionum.*

latinarum.

1566, f. — 1594, 8. Ex Ctesiae Scriptis qvae Persica nominata sunt, excer-

ptae a Photio, Historiae, Latine nunc primum factae. — Cum Herodoto.

III. *Illustrantia Ctesiam scripta.*

( ) An attempt towards reconciling the Assyrian chronology of Ctesias, with that of Herodotus. — *V.* Monthly Magazin, or a British Register. 1796. no. III. p. 109—111; IV. p. 194—196.

( ) Notice sur l'ancienne histoire de l'Inde et sur les historiens de Kaschmyr en particulier. — *V.* in Journal Asiatique. (Paris, 1813) Vol. I. fasc. I. p. 361—368.

Iac. *Arrhenii* Diss. de Monarchia Assyriorum Ctesiana. Ups., 1705, 8.

I. P. *de Bougainville:* Mémoire dans lequel on essaie de concilier Herodote avec Ctesias au sujet de la Monarchie des Medes. — *V.* in Mém. de l'Acad. des Inscript. T. XXIII. Mém. p. 1 sqq.

Cph. *Cellarius:* Ctesiae hypotheses suspectae de principio regnorum et historiarum. Hl. Sax., 1694., *rep.* 1703, et inter Dissertationes academicas a I. G. Walchio iunctim editas (*Lps.*, 1712, 8) p. 54—70.

J. M. *Chahan de Cirbied* et *F. Martin:* Sur Ctesias. — *V.* in Recherches curieuses sur l'histoire ancienne de l'Asie, puisées dans les manuscrits orientaux de la bibl. Impériale et d'autres. (P. 1806, 8) p. 37 sq., 39 sq., 176 sq. *etc.*

Nic. *Freret:* Sur Ctesias. — *V.* in Bibl. franç. (1726, Sept.) p. 138 sqq.

Nic. *Gedoyn:* Histoire des Perses écrite par Ctesias, suivant l'extrait que Photius nous en a laissé. — *V.* in Mém. de l'Acad. T. XIV. Mém. p. 247 sqq.

Goujet: Sur Ctesias. — *V.* in Continuation des Mémoires littéraires de Salenier, T. I. P. I. p. 121 sqq., P. II. p. 349 sqq., 364 sqq.

Hartmann: Ueber Ctesias. — *V.* in eiusdem Aufklärung über Asien. T. I. p. 290 sq.

A. H. L. *Heeren:* Ueber Ctesias den Geschichtsschreiber u. Geographen. — *V.* eiusdem. Ideen über den Verkehr und den Handel der vorn. Völker. (3e Ausg.) T. I. p. 157 sqq.

de Langlès: Sur les Gryphes de Ctesias. — *V.* in Revue Encyclop. XIX. p. 619—621.

Malte-Brun: Mémoire sur l'Inde septentrionale d'Herodote et de Ctesias, comparée au Petit-Thibet des modernes. — *V.* in Nouvelles Annales des Voyages publiées par Eyriès et Malte-Brun. (P., 1819) T. II. P. II. p. 309—384.

C. Nic. *Osiander:* De Ctesia. Progr. I. ad Solemn. Gymnas. Stuttgard. indicand. Septemb. 1818; II. 1821; III. 1822, 4. — Nescio an continuatae sint hae disquisitiones, neque comperire potui, quid his scriptionibus insit. Notitiam hanc debui *Baehrio* in editione Ctesiae p. 85 sq., 89. 225, et *Beckii* Repertorio, 1823. I. 5. p. 297.

Abr. Hyac. Anquetil *du Perron:* Mémoire dans lequel on essaie de concilier les auteurs Grecs et principalement Herodote et Ctesias sur le commencement et la durée de l'empire Assyrien et ces écrivains avec les Perses, sur les regnes qui forment ce que les Orientaux appellent la dynastie des Peschdadiens. — *V.* in Mém. de l'Acad. des Inscr. T. XI. Mém. p. 356 sqq.

L. E. *du Pin:* Sur la vie de Ctesias. — *V.* eiusdem Bibl. universelle des Historiens p. 209 sqq.

H. C. Mth. *Rettig:* Ctesiae Cnidii vita cum appendice de libris, quos Ctesias composuisse fertur. Hannv., Hahn. 1827, 8 mai. — 32 pp. 3 *Gr.* Rep. ex *Seebodii* Neues Archiv, 1827. II. p. 1—29.

Iac. *de Rhoer:* Herodoti et Ctesiae dissidium in rebus Assyriorum. Medi an successerint Assyriis in imperio Orientis. Quare Babyloniorum nulla ratio apud scriptores profanos. Nebucadnezar an Medis imperaverit? — *V.* in eiusdem Feriis Daventriensibus. (Trj. ad Rh. 1758, 8) lib. II. cap. 1. p. 137—144.

A. W. *Schlegel:* Ueber die Elephanten. — *V.* eiusdem Indische Bibl. Vol. I. (Bonn, Weber, 1823, 8) p. 148 sqq. De elephantorum descriptione apud Ctesiam obvia agitur.

I. Pet. *Steinhauer:* Progr. de Diversa imperii Assyriaci temporum computatione Ctesiae et Herodoti. Gss., 1778, 4.

Claus. Herh. *Tychsen:* Versuch einer Erläuterung der von Ctesias angeführten Indischen Wörter aus d. Persischen. — *V.* in *Heerenii* Ideen über Politik, d. Verkehr u. d. Handel *etc.* T. I. (ed. II.) p. 961 sqq.; (ed. III.) Excursus sive Beylage II. p. 610 sqq.; (ed. IV. 1824, 8) T. I. P. II. p. 384 sqq. Iam ante *Reland* in Dissertatt. Miscellan. P. I. Diss. VI. hanc rem expedire tentavit, sed non satisfecit hac re peritioribus; *Schlegel* enim in Indische Bibl. Vol. II. (Bonn, Weber. 1827,

8) p. 310, quod iam ante *Tychsen* animadvertit l. c., sic de *Relandi* studiis iudicat.

A. F. *von Veltheim*: Etwas über die Onyx-Gebirge des Ctesias u. den Handel der alten nach Ostindien. Helmst., 1797, 8. —— 76 pp. 7 *Gr.*

— —: Ueber des Ctesias goldgrabende Ameisen u. Greifen der Alten. Hlmst., Fleckeisen. 1799, 8. —— 32 pp. 3 *Gr.* Duae hae dissertationes sunt repetitae in eiusdem: Sammlung einiger Aufsätze historisch-antiquarisch-mineralogischen Inhalts. (Hlmst., 1820, 8. *Voll. II.*) Vol. II.

Wahl: Ueber Ctesias. —— *V.* in eiusdem Altes und Neues Vorder- u. Mittelasien, (Lpz., Crusius. 1795, 8) T. I. p. 111 sqq.

I. G. Walch: De Ctesiae mala fide historica. —— *V.* eiusdem Exercitationes historicas de fabulosa historia Semiramidis. Lps., 1723, 8., et rep. in eiusdem Parergis academicis p. 27 sqq.

I. G. Walther: Commentatio historica, qua Herodoti et Ctesiae sententiae de magnitudine atque antiquitate imperii Assyriaci et Medici coniunguntur. —— *V.* eiusdem Animadversiones historicas et criticas. (Weissenfels, 1748, 8), et contra *Wesselingi* Addenda ad Diod. Sic. T. I. p. 367 sqq. *v. ib.* p. 122 sqq.

A. H. *Weyrauch*: Herodot u. Ktesias über Indien. —— *V.* in *Morgensternii* Dörptische Beiträge, 1814. II. (Lpz., 1815) p. 365—415.

Wilford: In fabulam de Gryphibus inquisivit. —— *V.* eiusdem dissertationem de antiquae Indiae geographia, in Asiatic Research. T. XIV.

CYRILLUS.

Fabr. B. Gr. T. VIII. p. 589; *ed. n.* T. IX. p. 492 sq., VI. p. 631 sq, p. 199 sq.

Aa) *Opus integrum.*

1497, f. Cyrilli opusculum de dictionibus, quae uariato accentu mutant significatum secundum ordinem alphabeti cum interpretatione latina. —— In Dictionario graeco. Venetiis in aedibus Aldi Manutii. MIIID. Rep. 1524. Bibl. acad. et sen. Lips.

1510, f. Συναγωγη των προς διαφορων σημασιαν λεξεων κατα ϛοιχειον. Collectio dictionum quae differunt significatu secundum ordinem litterarum. —— In Dictionum graecarum thesauro copioso quantum nunquam antea. Ferrariae per Ioannem Maciochium Bondenum. Ad Quinti Calendas Octobris. M.D.X. *f.* 183*b* — 192*b*. Bibl. acad. Lips.

1512, f. —— In Lexico graecolatino; *in cuius fine*: Praeclaro huic & laborioso Operi suprema imposita est manus industria & impendio probi viri Aegidii Gourmontii: Bibliopolae Parisiensis Millesimo Quingentesimo duodecimo ad Eidus Decembres Lutetiae Parisiorum, *in sectione II.* Bibl. acad. Lips.

1519, f. —— In Dictionario graeco, ultra ferrariensem aeditionem locupletata locis infinitis, *etc.* (Bas., an. M.D.XIX.) *Sect. II.* Bibl. acad Lips.

1521, f. —— Adiectum in calce Dictionarii, quod Nic. Beroaldus edidit. Paris.

1522, f. —— In Lexico graeco. Bas., typis Valent. Curionis.

1524, f. —— Adiectum Dictionario graeco cum interpretatione lat. Venetiis, in aedibus Aldi et Andreae Asulani Soceri. Bibl. acad. Lips. *V.* 1497.

1524, f. —— Adiectum Dictionario graeco. Basileae. Bibl. acad. Lips.

1525, f. —— In Dictionario Graeco; *in cuius fine*: Melchior Sessa et Petrus de Ravanis socii quam diligentissime imprimendum curaverunt. Venetiis MDXXV. Die XXIIII. Decembris.

1530, f. —— In Lexico graecolatino. —— Imprimi curabat Gerardus Morrhius Campensis. Parisiis apud Collegium Sorbonae. Anno a Christi nativitate M. D. XXX. Mense Februario. Bibl. acad. Lips.

1532, f. —— In Lexico gr.-lat. *Bas.*

1541, f. —— In *Hi. Curionis* Lexico Graeco. *Bas.*

1548, f. —— In eodem Lexico, cura Con. Gesneri edito. *Bas.*

1552, f. —— In *Iac. Tusani* Lexico Graeco. *Paris.*

1553, f. —— In *I. Frellonii* Lexico. Lgd.

1554, f. —— *Ib.* Bas.

1572, f. —— In Adpendice ad *H. Stephani* Thesaurum.

1600, f. —— In Thesauro utriusque linguae h. e. Philoxeni, aliorumque veterum authorum glossariis, gr. et lat. cum notis Bon. Vulcanii LB., excud. I. Patius. Rep. est in editione Londinensi Stephaniani thesauri.

1615, f. —— Adiectum est *Scapulae* Lexico graeco-latino. Bas., per Seb. Henricpetri. Bibl. acad. Lips. Rep. 1628 sqq.

1615, 8. Cyrilli opusculum de dictionibus, quae accentu variant significatum. Edidit Era. Schmidt. Wttb.

1628, — 1665, f. —— *V.* 1615. Saepius est repetitum.

1697, f. Cyrilli opusculum, gr. et lat.

—— Cum Philoxeni aliorumque veterum glossariis. Paris., L. Billaine. *Car. Labbeus* hanc editionem inchoavit, sed morte impeditus, conficere non potuit, quod *Ducangius* fecit. Bibl. acad. Lips.

1826, f. —— Inter Glossaria, quae ex editione priori (a. 1600) sunt *Londini* in editione nova Stephaniani thesauri repetita.

Bb) *Delectus.*

1) Epitome.

1825, 8 mai. Auszug aus Cyrillus Sammlung derjenigen Wörter, die ihrer verschiedenen Bedeutung nach e. verschied. Accent haben; e. kleine vielleicht nicht unerwünschte Zugabe zu jeder griech. Grammatik. Giessen, Heyer. —— 2 *Gr.*

2) Anecdota.

1775, 8. Specimen ex Ms. lexico Cyrilli Alexandrini, complectens omnia, quae a littera Φ ad finem leguntur. —— Inter Glossaria graeca minora. Edidit Ch. F. Matthaei. (Mosq. *Voll. II.*) Vol. l. p. 11—50. Hic edita pars est ex nondum integro in lucem publicam emisso lexico Cyrilli, quod aliquot codd. mstis continetur, deprompta. *Matthaei* in infima pagina adnotationes adiecit.

1807, 8. Einige Proben aus dem noch ungedruckten griech. Lexicon des Cyrillus; zur Vergleichung mit andern Handschriften mitgetheilt von B. J. Docen. —— In *Baronis de Aretin* Beiträge zur Geschichte u. Litteratur. (Münch., Lindauer) Vol. IX. p. 1253—1278. Hic editae extant litterae M. et N. De auctore horum lexicorum nihil certi constat, neque quid unquam, ut videtur, inveniri poterit, cum indicia quaecunque desint. Alii Cyrillum Alexandrinum auctorem habent, alii alium, ceterum ignotum, seculo tertio decimo viventem.

CYRILLUS Alexandrinus.

Fabr. B. Gr. T. VIII. p. 553 sqq.; *ed. n.* T. IX. p. 446 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Omnia opera iunctim edita.*

1638, f. *Του ἐν ἁγιοις πατρος ἡμων Κυριλλου Ἀρχιεπισκοπου Ἀλεξανδρειας ἁπαντα.* Sancti Patris Nostri Cyrilli Alexandrini Archiepiscopi. Opera in VI tomos tributa, cura Ioa. Auberti. Lvtetiae, regiis typis. *Voll. VII sive VIII.* —— Inprimis exx. in ch. m. quaeruntur, quia cetera exx. in ch. vilissima sunt impressa. Menda huius editionis indicat *Villoison* in *F. A. Wolfii* Litterar. Analekt. T. I. p. 413. Bibl. acad. et sen. Lips.

Bb) *Singulatim edita opera.*

1) Commentaria in Moysis libros.

1618, f. Sancti Patris nostri Cyrilli Alexandr. Archiepiscopi *Γλαφυρα εις Πεντατευχον.* Scita & elegantia Commentaria in quinque priores Moysis libros genesim, exodum, leviticum, numeros, et Deuteronomion. Nunc primum Graecè & Latinè *παραλληλως* edita studio R. P. Andreae Schotti Antuerpiani Societatis Iesv presbyteri. Antuerpiae Apud Heredes Martini Nutii, et Ioannem Meursium, Anno M. DC. XVIII. —— 6 *ff.* praefixa, 304 pp. et 4 *ff.* indices continentia. Bibl. sen. et acad. Lips.

2) Commentarii in prophetas minores.

1607 (*alii* 1605?), f. Cyrilli Patriarchae Alexandrini, commentarii in duodecim Prophetas minores. Ex Bibl. Vatic. et Bavar. a Iacobo Pontano, graece et latine nunc primum editi (*cum notis*). Ingolstadii, ex typogr. A. Sartorii. —— In Catalogue de la bibl. du roi. Theologie. T. I. p. 352. no. 324. annus 1607 indicatur.

3) Homiliae in Ieremiam.

